







Controversia  
De  
SPIRITU SANCTO,  
CONTRA PHOTINIANOS.

In quâ æterna ipsius Deitas,  
nec non personalis existentia, non tantum soli-  
dis fundamentis astringitur: sed etiam à cavillatio-  
nibus adversariorum vindicatur.

*Logicè pariter & Theologicè tractata, & jussu Reverendæ &  
Amplissimæ Facultatis Theologicæ in Academiâ Lipsiensi ad dispu-  
tationem publicam proposita.*

AVTORE & PRAESIDE.

M. THOMA WEINRICHIO  
HIRSCHBERGENSI, SS. Theol. Baccal.  
Ecclesiæ Lipsi. ad D. Nic. Diacono.

RESPONDENTE

M. JOSUA STEGMANO  
Sultzf. Fr.

Ad diem 6. Decembr. Anno 1616.

L I P S I Æ,  
*Impensis Hæredum Thoma Schurevi.*  
Typis Hæredum Valentini am Ende.



Corporation

DE  
SPIRITU SANCTO  
CONTRA PHOTIANOS

In qua rethorica dicitur

neq non personis catholice sententia  
distinctione in rebus civilibus  
et in rebus ecclesiasticis

et in rebus ecclesiasticis  
et in rebus civilibus

AVTENTICA DECLARATIO  
M. THOMAE V. MARSHALLI

Historiae de rebus  
ecclesiasticis et civilibus

REAGNANTIA  
M. THOMAE V. MARSHALLI

et in rebus ecclesiasticis  
et in rebus civilibus

et in rebus ecclesiasticis  
et in rebus civilibus





AMPLISSIMIS, CONSUL-  
TISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS  
VIRIS

**Dn. THEODORO**  
MOESTELIO, J. U. D. supremi appel-  
lationum Judicii Electoralis Dresdæ, nec non  
Scabinatus Electoral. Lipsiæ Assessori, & p. t.  
Consuli Regenti dignissimo.

**Dn. JOHANNI PEI-**  
LICCIO, Ærarii Ecclesiasti-  
ci ad D. Nic. Præfecto.

*isidem Consuli-  
bus & Scabi-  
nis Electora-  
libus.*


**Dn. PAULO CALM-**  
BERGIO, Consistor. Elect.  
Lipsi. Assessori, J. U. D.  
*Nec non*

Cæteris Dn. Ædilibus, reliquisq; ordinis  
Senatorii, Reip. Lipsi. viris honoratissimis, Domi-  
nis, Patronis & Fautoribus suis pluri-  
mum honorandis.

*S. P.*

) (

Eam







AM militantis Ecclesie Christi his quidem in terris fore sortem & conditionem, ut nunquam illo felicitatis beneficio irā ex asse ipsi frui liceat: quia varios variorum hostium impetus atq; insultus subindē experiri cogatur, & lunæ vices imitata, nunc pleno q. orbe hujus sue felicitatis jubar diffundat; aliquando vero tristem pati Ecclipsin necessum habeat: Illud, Amplissimi & Consultissimi Viri, Domini, Patroni ac Fautores plurimum colendi, Spiritus ille DEI, rerum omnium præcius, in sacris literis, jam antè prænuñciavit. Sic enim Esaias c. 54. v. 11. Ecclesiam Christi vocat pauperculam illam & convulsam, quæ omnibus tempestatibus subjecta sit, quamobrem & Arca Nohe comparatur diluvij fluctibus exposita. Ac sanè his ira prædictis eventum exactè respondisse, ejus rei argumentum esse possunt varia isthæc hæreticorū agmina, quæ jam inde ab exorto latissimo illo elucescentis Evangelicæ veritatis jubare, passim Diabolus adversus Ecclesiam in proscenium produxit, quæq; nihil magis in votis, optatis, ac conatibus habent, quam ut eam evertere atq; extirpare queant funditus. Nam si principia Ecclesie N. præsertim T. spectemus, quomodo Satanas contra ipsam sanctorum Apostolorum prædicationem expedierit universas machinas, ex libro actuum Apostolicorum & Ecclesiasticâ historiâ notum est: certè ut in mari ventis agitato, fluctus flustum pellit atq; urget, sic Apostolos una post aliam persecu-

persecu-




persecutio adeoq; mille pericula exceperunt, cujus rei amplissimum testimonium perhibet ille catalogus laborum & periculorum Pauli gentium Doctoris & Apostoli, quæ terrâ mariq; pertulit, toto illo 2. Corinth. capite undecimo. Jam vero, post Apostolorum tempora, cum adhuc tenera esset Ecclesia, quas non procellas Diabolus in ejus perniciem excitavit? producendo nimirû, & inflammando totum illud agmen Philosophorum & Oratorum, & quicquid uspiam sapientia; doctrinaq; commendatione pollebat, qui simul omnes universam ingenij vim, stylum calamûq; certatim & effusè ex cunctis orbis terrarum angulis contra Ecclesiam Christianam strinxerunt: Qui verò præpotentes erant in terris, hi suæ illius potentia; robor, incredibili molimine expediebant, quo recens plantatam Ecclesiam radicibus exterminarent, sicut decem insignes admodum persecutiones memorantur, quæ à Potentissimis Monarchis mox trecentos annos ad usque Constantini tempora durarunt. Quibus vix aliquatenus sedatis mox infelicissima turba hæreticorum prodiit, imprimis autem nequissima Ariana hæresis Ecclesiam CHRISTI haud leviter percussit: sed toto oriente ceu fatale incendium Ecclesias, ipsis sanctissimis Apostolorum laboribus plantatas, disjecit miserabiliter, & vastavit. Secuta est mox Mahometana blasphemia in Oriente, & in Occidente Romani Anti-Christi impietas, quæ quantopere concussit, & ad exitium usque afflixerit Ecclesiam,



satis superq; superiorum temporum historia loquitur. At verò postquam ex his quoq; fluctibus Ecclesia postremis hisce temporibus nonnihil esset eluctata, & per Spiritum Domini revelatus filius perditionis, atq; sic Ecclesia ad portum aliquem delata crederetur, mox nova tamen eaq; teterrima certamina secuta sunt, quæ Dei Ecclesiam etiamnum hodiè gravissimè infestât. Patet hoc sanè ex historiâ Sacramentariâ, quantopere enim ZWinglio Calviniani (quos aliàs etiam à primario hereseos suæ capite, quam de Sacramento *εὐχαριστίας* fovent, Sacramentarios orthodoxa appellat Ecclesia) per annos nonaginta circiter aut amplius etiâ turbarint Ecclesiam, & adhuc turbent, dum scriptionibus suis desperato suo dogmati, fucû saltem aliquem sive cerussam, (dum medicinam facere nequeunt) quanto possunt studio illinire conantur, notius est, quam ut prolixâ demonstratione indigeat: sed licet hi variis præstigiarum (ne quid gravius dicam) objectis nebulis dilucidissimam veritatè obfuscare haud veriti sint, licet etiamnum antiquam suam cantilenam haud aliter ac cuculus suum coccyfinum ingeminent, & notoria sua commenta, ceu crambem plus millies recoctam nostris Ecclesiis, partim subdolè & fraudulenter, partim etiam vi manifestâ obtrudere & datâ operâ disseminare non erubescant: vanitas tamen Calviniani dogmatis ita hæctenus per DEI gratiam à nostris reformatæ Ecclesiæ doctoribus detecta, ostensa, & sic in apricum Solem est protracta, ut pudendam ejus falsitatem vel manib9, quod dicitur, palpare possint singuli atq; universi,

qui-





quicumq; sibi non suâ sponte oculos perstringere, vel  
 (ut Justin Martyris adagio utamur) τὸ πικρὸν ἐκβοῶν  
 καὶ παρῖεν voluerint. Sed quid fit? dum & hi Goliathi  
 hactenus gladio Spiritus prosteruntur, ita furit Sa-  
 tanas, ita saeviunt & astuant omnes inferorum portæ,  
 ut omnes ultimâ hac ætate vel maximè in Ecclesiæ ex-  
 cidium conspirasse videantur, indefesso studio in hoc  
 laborantes. ut tandem ita Christianam fidem exter-  
 minent, & Ecclesiam quantum in ipsis est, prorsus e-  
 vertant. Agere hoc imprimis satagit Satanas per novâ  
 illam hæresin Ne-Arianorū, quamvis simpliciter no-  
 va non sit: sed olim à Photino in Ecclesiam inuenta,  
 nostro verò hoc tempore à nonnullis, & quidem ab  
 illis (qui quod multis cum lacrymis deplorandum, in  
 Ecclesiis scholisq; nostris nati & educati, à nostris ve-  
 rò, quod ex nobis non essent, egressi) ab orco q. revo-  
 catur, & novis quibusdam coloribus depicta, novisq;  
 furoribus instructa coloratur & introducitur. Quan-  
 tum enim periculum immineat Ecclesiæ ab hisce ho-  
 stibus, quantum etiam damni daturi sint, nisi piis pre-  
 cibus obviam iverimus, faxit æternus D E U S, ne expe-  
 riri cogamur citius, quàm nūc fortasse videmus. Cer-  
 tū est quod nulla unquā pestilentior hæresis exiterit;  
 Huic enim soli si omnes alias comparaveris, eas q. lu-  
 sum quendam aut jocum fuisse, haud injuriâ dixeris.  
 Hæc enim est illa hæresis, quæ singula & universa, quæ  
 hactenus cōstanti & immortâ fide in Ecclesiis & Scho-  
 lis nostris ex scripturis asserta sunt, ex eadē scripturâ  
 infringere & funditus evertere contendit; hæc quip-  
 pe est illa hæresis, de quâ rectissimè pronunciaveris,



quod de Messalianorum delirio scripsit olim Epiphanius, *Κόρον*, inquit, *ὅσα ἔχει ἡ ἀνεγκλιτία, εἰδὲ πολλομένων ἢ ἀφροσύνη; ἀλλ' ὅτι πάντα ἠπλώσεν ἐαυτῆς τὸν λογισμὸν, καὶ κέχνηε τὸ σῶμα*: neq; satiari impudentia, neq; repleti potest insipientia: sed ad omnia expandit suam cogitationem & hians os habet. Hæc enim est illa hæresis, quæ manifestissima Scripturæ sacræ oracula, contra quæ ne Diabolum quidem hircere saltem vel posse vel audere firmiter hæcenus credidimus, in alienum imò perversum planè sensum detorquere novit. Hæc est illa hæresis, quæ singulos ferè & universos religionis Christianæ articulos non modo speciosis prætextibus in dubium vocare: sed etiam hæresin suam sub prætextu Evangelicæ veritatis, sub augustissimo Scripturæ titulo, & falsò venditato orthodoxæ antiquitatis suffragio & consensu, tam callidè, tamque astutè & mirificè palliare didicit, ut non tam facilè à simplicioribus tanquam manifesti lupi rapaces evitari possint, ex fructibus doctrinæ ipsorum blasphemæ agniti: Hæc est illa hæresis quæ ipsum jugulum nostræ fidei & salutis petit; dum Christum naturalem **DEI** Filium ex essentiâ ejus ab æterno genitum, ideoq; natura **DEUM** negat, eundemq; morte sua pro mundi delictis satisfecisse strenuè inficiatur, Spiritum **S.** autem non aliter **DEUM** quam virtutem ac reliqua attributa in **DEO**, **DEUM** esse agnoscit, distinctam vero personam esse eamq; per se subsistentem omni Scripturæ carere fundamento strenuè non minus, quam impiè nugatur. Et certè si quisquam alius est religionis Christianæ articulus, in quo miris modis eludendo, depravando, imò profus evertèdo



omnes suas vires artesq; experiri voluerūt Photiniani,  
 siq; ullus alius est in universā Theologiā Christianę fidei  
 articulus, qui q. fudes ipsis est in oculis, certè vel iste est  
 unicus insignis articulus, qui agit de unitate essentię di-  
 vine & Trinitate personarū, & imprimis de Deitate Spi-  
 ritus S. ejusdēq; personali existentia. Cæterum hanc cō-  
 troversia de Spiritu S. pro ratione doni divinitus mihi  
 concessi, & quidē de sententiā & voluntate Reverendæ  
 & Amplissimæ Facultatis Theologicæ, in hac Academiā,  
 in theses quasdam more Academico, breves quidem: sed  
 summā rei satis, uti spero, sufficiēter exponētes fideliter  
 conjeci, easq; nō sine singulari consilio sub eximio Am-  
 plitud. & Prud. Vestr. nomine publicare volui. Scio n. &  
 grata adhuc, ceu par est, mente recordor, quot & quātis  
 me Senatus Amplissimus affecerit bonis, nō modo olim  
 me meaq; studia juvando, certis quibusdam stipendiis,  
 à religiosis majoribus sacris usibus dicitis: sed etiam alia  
 beneficia in me largā manu cōferendo, dum & quondā  
 Scholæ vestræ Senatoriæ, & nunc etiam per Dei gratiam  
 publico docendi munere, in hac Ecclesiā & Republ. Am-  
 plissimā legitimè vocatus, & Deo meo & vobis infervio.  
 Ut igitur aliquam erga Vestr. Ampl. & Prud. observantię  
 meæ testificatiōē, pro singulari illo benevolētię affectu  
 multis modis mihi declarato, publicè ederem, illud hac  
 quali quali etiā *προς Φωνήσας* mihi faciendū esse ratus sum,  
 quam ut Vestr. Ampl. & Prud. serenā fronte accipiant,  
 meq; suo favore deinceps etiam prosequi, tueri, fovere  
 pergant, eā quā possum & par est, animi subjectione re-  
 verenter & officiosè peto, æternum DEUM Patrem Do-  
 mini ac Salvatoris nostri JESU CHRISTI suppliciter vene-  
 rās, ut Vestr. Ampl. & Prud. omnib. sui Spiritus donis ex



☉): (☉ ☉): (☉ ☉): (☉

alto imbuat, vestram verò Republicam rerū omniū  
felicissimo successu clementer locupletet, ad præpo-  
tentis nominis sui gloriā, ad propagationē doctrinæ  
cœlestis, Ecclesiæ incrementum atq; emolumentum  
longè maximum, civitatis hujus laudatissimæ perpe-  
tuum decus, splendorem atq; ornamentum. Lipsiæ  
prid. Cal. Decembr. quo Mense finimus annum Salva-  
toris nostri 1616. & brevi felicibus auspiciis ordie-  
mur annum supra sesquimillesimum centesimum  
decimum septimum, quem meritò seculari & Jubilæâ  
solennitate celebramus & inchoamus, DEO ter Opt.  
Max. devotè gratias agentes, quod non modò ante  
centum annos per electum illud DEI organon D.  
MARTINUM LUTHERUM (cujus justī in aternâ  
benedictione sit memoria) lucem Evangelij accende-  
re voluerit, discussis & expulsis cimmeriis istis tene-  
bris, quibus, sub Babylonicâ Romani Pontificis capti-  
vitate, longo seculorum tractu, detenta & oppressa  
fuerat Ecclesia: sed etiam nunc per integrum secu-  
lum, eandem Lutheranam puritatem & orthodoxiam  
in hisce regionibus conservare dignatus sit, quæ in-  
comparabilis felicitas, ut nobis deinceps etiam ad-  
feram usq; posteritatem (si quæ ventura est) sit per-  
petua, faxit Pater ille luminum, à quo solo, teste Ja-  
cobo, proficiscitur, quicquid vel doni vel boni nomen  
mereri potest. Amen.

*Vestrarum Amplitud. & Prud.  
observantissimus*

M. Thomas *Wernich* / S S. Theol.  
Baccal. Diac. ad D. Nic.  
Spiritu



SPIRITU S. DUCE ET  
DOCTORE.

Προοίμιον ὡς παρασκευαστηδόν.

I.



*Q*uod Sathanas vaser ille &  
versutus Spiritus, qui CHRISTI &  
Ecclesie ipsius hostis est acerrimus stans  
coram Domino, teste Micheâ Prophetâ  
1. Reg. 22 v. 22. pronunciat, se egres-  
surum & futurum spiritum menda-

cem (spiritum scurrilitatis) in ore omnium Prophe-  
tarum, id non saltem tñm ipso actu calumniator ille sty-  
gius comprobavit: sed seculis etiam tempus illud postea  
insecutis.

I I. Ea enim est Sathane quasi connata perversitas &  
malitia, ut nunquam quiescat: sed quanto propius instare  
novit diem sui iudicij Apoc. 12. v. 12. Ubi amputatâ  
occasione nocendi fidelibus ad perpetuos condemnationis  
carceres relegabitur, ut unâ cum sue perfidie administris  
arde. In sempiternis gehenna ignibus: tanto etiam gras-  
satur ubi suus, & indefessa incredibilisq; contentione ni-  
hil non tentat, nullum non movet lapidem, & nullas non  
astutiae potentiaq; sue machinas profert, ut multos sibi  
supplicij aeterni acquirat socios, ac tandem unâ secum in  
illius nunquam finienda damnationis barathrum agat  
præcipites.

ὡς παρα-  
σκευασ-  
τηδόν  
ad presentē  
controver-  
siam de S. S.

Diaboli per-  
versitas &  
malitia.

A 3

III. Uti



Diaboli fu-  
ror in exci-  
tandis certa-  
minibus re-  
ligionis.

Depravatio  
doctrinae de  
S.S.

Helchefaita-  
rum deliri-  
um, quod  
S. S. sit soror  
Christi.

III. Uti autem omnibus propè temporibus inde ab ipsa mundi origine gravissima subinde certamina excitavit, & quidem de precipuis τῆς σοφιστικῆς θεολογικῆς articulis: Ita factitavit hoc vel imprimis in ijs doctrinae Christianae partibus, quae mysterijs sublimioribus constant, adeoq; extra omnem humani ingenij captum positi omnem nostram rationem longissime superant & excedunt.

IV. Cujusmodi quoq; est doctrina de SPIRITU SANCTO, doctrina, inquam, religiosissima, verèq; augusta, in cuius illibata cognitione cen cardine non minus salus animarum nostrarum vertitur, ac in cognitione reliquorum articulorum fidei.

V. Hanc enim mirum in modum sibi ludificandam sumisit Sathanas. Verè enim & nimis verè egressus est Spiritus ille nequam, factusq; scurra & mendax in ore complurium, quippe quos in sua obsequia quasi juratos & pulchrè obsequentes eò adegit vesaniae, ut perquam absurdè, perquam scurriliter, perquam impiè & contumeliosè de S. SANCTO & loqui & scribere nunquam erubuerint.

VI. Silentio jam involvemus ea certamina tum multa tum varia, quae priscis temporibus olim circa hunc ipsum articulum mota sunt satis ardua & difficilia, puta ab Helchefaitis hominibus fanaticis, quos sub Philippo Anno Christi 251. in Arabia exitisse constat, inter alia deliria & hoc delirantes, SPIRITUM SANCTUM esse sororem Christi famineo habitu praeditam. Eundem item sicut & Christum habere altitudinem sex milliariorum & latitudinem viginti quatuor, eundem quoq; transcorporari atq; in diversa ingredi corpora, & uno quoq; tempo-  
re va-



re variè exhiberi, testibus historijs Ecclesiast: Magd.  
Cent 3. p. 98.

VII. Silentio etiam involvemus commentum Valentinianorum, qui SPIRITUM SANCTUM Angelum quendam esse dixerunt, referente Athanasio in Epistola longiori ad Serapionem, quod delirium & Serveto deliranti placuisse legitur apud eundem Dial. 2. de Trinitate.

VIII. Nihil quoq; dicemus de Simone Mago, Cerdone, Manete & reliquis, qui seipsos pro SPIRITU SANCTO venditarunt, quos in primis nostro hoc seculo & hominum memorià secutus est Vektor quidam vinarius Martinus Steinbach nomine, qui circiter annum Christi supra sesequimillesimum sexagesimo quarto obambula- vit, & circiter viginti ex plebe monstrose sue opinionis affectis factis se pro SPIRITU SANCTO incarnato haberi voluit, haud aliter, ac CHRISTUS DEI filius incarnatus sit, abusus ad suam insaniam confirmandam dicto Jer. 48. v. II. 12. Vid Zwinger, in suo theatro vol. 5. lib. 4. fol. 1378.

IX. Neq; etiam dicemus de Hieracitis, qui somniarunt, Melchisedecum esse SPIRITUM SANCTUM, eò, quod SPIRITUI SANCTO assimilatus fuerit.

X. Nihil etiam verborum faciemus de Samosate- no, Macedonio, Eunomio, Eudoxo, & alijs πνευμα- τολογῶν: Sed de horum in eodem fermè errore successo- ribus, puta Ne Arianis, vel Antitrinitarijs, sive ut ipsimet se vocari malunt Photinianis, qui in Polonià Trans- sylvanià alijsq; locis finitimis veteres illas Macedonia- norum, Sabellianorum, aliorumq; haeticorum mysteri- um Sacrosancta Trinitatis nefariè conspurcantium

Valentinia-  
norum com-  
mentum: S. S.  
esse angelum.

Simonis Ma-  
gi & aliorū  
insania  
Item,  
Vektoris cu-  
jusdam Vi-  
narij Marti-  
ni Steins-  
bachs.

Hieracitarū  
somnia.

Πνευματο-  
λόγων  
veterum por-  
tentosa no-  
mina.  
Photiniano-  
rum recen-  
tiorum blas-  
phemia.



blasphemias in Ecclesia proscenium non tam revocare,  
quam novis subinde excogitatis sophisticationibus stabi-  
lire conantur.

Photiniani-  
mi pseudo-  
dogmati.

XI. Hi enim, ut partim de DEI essentiâ & volunta-  
te, partim de Christi Salvatoris nostri personâ & offi-  
cio, alijsq; doctrine caelestis partibus, puta de pecca-  
to originis, quod cen sumentum Augustini falsè ri-  
dent, de libertate arbitrij humani in rebus spiritali-  
bus, quam cum Pelagianis & Synergistis mordicus asse-  
runt & defendunt, de fide, quam non tam fiducia in  
Christū, quam obedientiâ definicndā esse putant, de ba-  
ptismo, quem nudam aquae ceremoniam, & hoc tem-  
pore non necessariam esse contendunt, de carnâ, in quâ  
Corpus & sanguinem CHRISTI, nec ore corporis,  
nec ore fidei percipi opinantur, de Lege, quam per-  
fectiorem à CHRISTO in N. T. traditam esse  
censent, de Justificatione, ubi aliter nos in N. T.  
aliter Patres V. T. salvari docent, de Satisfactione,  
& imputatione justitiæ CHRISTI, quam blasphemiam  
esse ausu plusquam nefario clamitant. Hi inquam, uti  
de hisce & alijs plerisq; Christiane doctrinae articulis  
perperam sentiunt, & novam prorsus Theologiam  
introducunt: Ita etiam de summo hoc Christiane  
fidei articulo peculiarem prorsus opinionem fovent,  
de quâ pauca hac vice in medium ovi dei affere-  
mus.

Κερώμε-  
νον  
hujus  
disputationis  
in genere.

### STATUS CONTROVERSIAE GENE- RALIS.

XII. Κερώμενον igitur presentis disquisitionis inter  
nos & perfidos illos CHRISTI perduelles erit  
de



de DEITATE SPIRITUS SANCTI, ET E-  
IUSDEM PERSONALI EXISTENTIA, quam  
utraq; firmissimis scripturarum fundamentis solide astru-  
emus, audituri simul, quid in contrarium ab adversarijs  
disceptetur.

XIII. Ne verò idem nobis accidat, quod plerumq; usu  
venire solet, ut accusemur ab adversarijs quasi aciem  
controversia inverteremus, multaq; scriberemus, qua ab  
ipsis in controversiam non venirent, agite, primum omni-  
um ipsam controversia statum, principalemq; questionem  
recte constituamus.

XIV. Non igitur jam disputabimus, an SPIRITUS  
SANCTUS sit Creatura, ipsi enim Adversarij nostri utraq;  
manu largiuntur, SPIRITUM SANCTUM  
non esse creaturam; imò maximam sibi injuriam fieri  
clamitant, si accusentur, quasi negatione Divini-  
tatis SPIRITUS SANCTI, ex eo nudam saltem creaturam  
facerent: sed ea SPIRITUI SANCTO tribui ultro  
concedunt, qua non nisi soli & aeterno DEO tribuuntur,  
idq; ideò, quia sit virtus & efficacia Dei, sicut videre est  
apud Christoph. Osterodum in Instiut. suis Germanicis  
Racovia evulgatis c. 4. p. 32. & alibi: Sed cardo questio-  
nis in eo versabitur.

I. Utrum SPIRITUS SANCTUS tantum per mo-  
dum qualitatatis, tanquam virtus & potentia DEI,  
DEUS dici possit: An verò potius per Essentiam &  
naturaliter DEUS sit, ejuldem cum Patre & Filio  
essentia, majestatis & potentia?

II. An sit PERSONA *ἀνθρώπου* in ipsa Deitatis  
essetia subsistens?

Remotio  
questionis  
cognata.

Status con-  
troverſie du-  
plex.

1.  
De S S. Dei-  
tate.

2.  
De person-  
ali ejusdem  
existentia.

24. DE-



Hilarius lib.  
8. De Trini-  
tate.

ἐκθεσις τῶν διδομένων. CAPITULUM 1  
XV. Quod Hilarius l. 8. de Trinitate rectissime mo-  
net, duplicem nobis in refellendis vaniloquis curam esse  
debere, ut primum que sana sancta & perfecta sint do-  
ceamus, ne sermo noster per deslexus quosdam atq; an-  
fractus oberrans, & ex devijs atq; erraticis cuniculis  
emergens veritatem potius querat quam ostendat. De-  
inde ut qua ab illis inanium ac fallacium sententiarum  
argutis ad speciem veri blandientis aptantur, ea ipsa  
conscientie omnium ridicula esse & inepta pandamus.  
Non enim sufficit docuisse que pia sunt, nisi maxime pia  
esse per id intelligantur, dum que impia sunt refelluntur:  
illud ipsum & eundem ordinem nos quoq; servabimus in  
tractatione controversie hujus de SPIRITU SANCTO,  
qua nostris hodie Ecclesis cum Antitrinitarijs sive Ne-  
Arianis intercedit, ac proinde duo illius distincta capita  
constituemus, quorum prius erit ἑστὸν & puriorem Ec-  
clesiarum nostrarum doctrinam certis quibusdam argu-  
mentis comprehendet & expediet. Posterius verò cir-  
cū ἑστὸν adversariorum hereticorum blasphemias, sophis-  
mata, absurditates, falsas hypotheses & argutias refel-  
lens.

Duo questio-  
nis capita.

## CAPUT PRIMUM

Quod est κατὰ θεοῦ ἑστὸν.

Cap. 1. κατὰ  
θεοῦ ἑστὸν  
ἑστὸν.

XVI. Initio igitur θεῶν sive puriorem articuli hujus  
doctrinam quod attinet, quibusnam fundamentis,  
& aeterna SPIRITUS SANCTI Divinitas, & persona sub-  
sistentia adversus Ne Arianorum errores sive furores po-  
tius demonstrari possit, fieri sanè hoc potest argumentis  
non tam numero bene multis, quam pondere longè gra-  
vissi-



visimis firmitateq. suâ planè inconcussis, quæ neq. infringi ob firmitatem, nec ob evidentiam & perspicuitatem satis firmiter eludi valent.

PARS PRIMA CAPITIS PRIMI DE  
DEITATE SPIRITUS SANCTI.

XVII. Ac primò quidem rectissimè quinq. Classes ejusmodi probationum initio pro astruendâ DIVINITATE SPIRITUS SANCTI possunt constitui, ita quidem, ut prima classis nomina divinitatem notantia, altera essentie divinae communicationem sive hypostaticum Idioma, tertia Divinas proprietates, quarta opera merè divina, quinta deniq. cultum soli DEI immediatè competentem contineat.

Classes probationum quinq.

XVIII. Ex quibus omnibus talem syllogismum generalem prorsus apodicticum extruimus.

Syllogismus  
συμπε-  
πλη-  
μύθη.

Cuiuscunq. primò, verè & realiter tribuuntur, 1. Nomina divina, 2. Idioma hypostaticum, 3. Proprietates DEI essentielles, 4. Operationes divinae, Et 5. Cultus soli DEO debitus, is est verus DEUS.

Atqui SPIRITUS S. primò verè & realiter tribuuntur 1. Nomina Divinitatis, 2. Idioma hypostaticum, 3. Proprietates Dei essentielles, 4. Operationes divinae, & 5. Cultus soli DEO debitus.

Ergo SPIRITUS SANCTUS est verè DEUS.

Major vel ex adversariorum concessione certissima est, proinde non eget probatione.

Minorem probabimus membrotenus.

PRIMA CLASSIS ARGUMENTORUM PETITA à divinis nominibus Spiritui Sancto attributis.

XIX. Prime igitur Classis sunt nomina illa verè divina אלהים אלהים אלהים & cum primis illud tetragrammaton יהוה quod ex ipsorum Judaorum sive Rabinorum

1. Classis argumentum: Nomina divina Spiritui S. competētia.



concessione, soli DEO ita proprie conveniens est, ut nulli creaturae, neq. in caelo, neq. in terra competat, juxta dictum Esaiæ 42. v. 8. Ego JEHOVA, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo.

S. S. vocatur  
Iehova.

XX Quia vero hoc nomen SPIRITUS SANCTO tribuitur, et al. nobis stabilienda Divinitati ipsius argumentum suppeditat.

XI<sup>o</sup>desic  
pro asstruen-  
da veritate.

Quicumq. est & expresse dicitur JEHOVA, is est verus Deus.

Atqui SPIRITUS SANCTUS est & dicitur JEHOVA.  
Ergo SPIRITUS SANCTUS verè est DEUS.

Probatio mi-  
noris pro syl-  
logistica.

Minorem probamus tali medio:

Is qui locutus est ad populum Israëliticum per Prophetas, est verus JEHOVA.

SPIRITUS SANCTUS est is, qui locutus est per Prophetas.

Ergo SPIRITUS SANCTUS est JEHOVA.

Probat. Ma-  
joris in pro-  
sill.  
Iehova locu-  
tus est per  
Prophetas.

Major probatur Exod. 4. v. 12. ubi JEHOVA dicit ad Moysen: Ego JEHOVA ero cum ore tuo, & docebo te, quid loquaris. Num. 12. v. 6. Si fuerit Propheta quispiam inter vos, Ego JEHOVA in visione apparebo illi, & in somnio loquar cum illo. Idem asseritur 2. Sam. 23. v. 2. 1. Reg. 18. v. 12. Psal. 85. v. 9. Esai. 1. v. 2. & 10. Et Propheta passim alibi in suorum vaticiniorum exordijs asserunt factum ad se esse sermonem JEHOVAE. Idem scribitur quoq. in N. T. Luc. 1. v. 70. JEHOVA sive Deum Israëlis per os sanctorum, qui à seculis fuerint Prophetarum esse locutum.

Probatio  
minoris S. S.  
locutus est  
per prophe-  
tas.

Jam verò JEHOVA ille, qui Exod. 4. v. 12. Num. 12. v. 6. & alibi per Prophetas se locuturum professus, & deinceps etiam locutus est, non est alius quam

SPI-



SPIRITUS SANCTUS, ( id quod Minoris loco probandum erit) attestantibus multis scripturarum locis. Nam 2. Sam. 23. v. 2. disertis verbis affirmatur, SPIRITUS JEHOVAE locutus est per me, & sermo ejus factus est per linguam meam, Actor. 1. v. 16. Oportuit impleri scripturam hanc quam praedixit SPIRITUS SANCTUS per os David de Judâ. Ita quoq; quod Esaias cap. 6. v. 9. scribit, JEHOVAM regem exercituum dixisse, vade & dic populo huic, Auribus audietis & non intelligetis, hoc Paulus Actor. 28. vers. 26. à SPIRITU SANCTO dictum refert, inquit: Bene SPIRITUS SANCTUS locutus est per Esaiam Prophetam ad Patres nostros.

Collatio testimoniorum  
V. & N. T.  
Es. 6. v. 9. &  
Aktor. 28.  
v. 26.

XXI. Eadem quoq; demonstratio emergit ex collatione testimoniorum Moïsis & Esaiæ. Nam quod Moïses, de beneficijs populo Israëlítico in deserto praestitis, canens, ait, Deut. 32. v. 12. JEHOVA solus deduxit illum, & non fuit cum eo Deus alienigena, hoc ex annalibus Moïsis repetens Esaias dicit cap. 63. v. 11. Ubi est qui ascendere fecit eos de mari cum pastore gregis sui? Ubi est, qui posuit in medio ejus SPIRITUM SANCTUM suum? qui ambulare fecit ad dexteram Moïsen brachio gloriae sua, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum? Qui ambulare fecit eos per voragines sicut equus, non impingens per desertum, non impegerunt veluti jumentum, quod per vallem descendit, SPIRITUS DOMINI deduxit eum, ut faceret sibi nomen gloriosum.

Collatio locorum Deut.  
32. v. 12. Esai.  
63. v. 11.

XXII. Pari ratione cum Moïses multoties asseveret, Israëlitas irritasse JEHOVAM, Num. 14.

Collatio locorum  
Num 14.



Ps. 26. 27.  
Ps. 78. 9. 17.

Esaiä 63.  
9. 10.

Act. 7. 5. 51.

Collatio.  
Ps. 95. 6. 7. 8.  
cum loco  
Hebr. 3. 5. 7.

Collatio.  
loci Hebr. 10.  
9. 15. cum illo.  
Le. 31. 6. 32. 33.

Exceptiones  
Photiniano-  
rum.

Contra So-  
cabulum  
Jehova in  
genere.

v. 26. 27. Deut. 6. v. 16. & cap. 9. v. 7. Id quod David suo calculo etiam comprobatur Psal. 78. v. 17. inquit: Provocârunt excelsum in solitudine, & tentaverunt I E H O V A M in corde suo: Id Esaias ex Moise repetens cap. 63. v. 10. claris verbis dicit: Israël ita rebelles fuerunt, & irasci fecerunt SPIRITUM SANCTUM ejus. Et Stephanus in N. T. Act. 7. v. 51. asserit: Israëlitas in deserto irritasse & exacerbasse SPIRITUM SANCTUM.

XXIII. Sic quoq. gravissima illa exhortatio, qua Psal. 95. v. 6. 7. 8. legitur & J E H O V A tribuitur: Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt ME (J E H O V A M) patres vestri, Hebr. 3. v. 7. expressè SPIRITUM SANCTO ascribitur.

XXIV. Sic Hebr. 10. v. 15. dicitur SPIRITUS SANCTUS ille ipse J E H O V A, qui sedes novum promittit, Jer. 31. v. 32. 33. inquit: Hoc est testamentum, quod testabor ad illos. dicit Dominus, dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum scribam eas. Unde sequitur SPIRITUM SANCTUM esse verum J E H O V A M & consequenter verum DEUM.

XXV. Quid verò ad haec Photiniani? Illi quidem, quantum in ipsis est, nullum non movent lapidem, ut manifesta haec Divinitatis SPIRITUS SANCTI testimonia perverfis suis detorsionibus illudant, & pro divinis oculis rationis nebulas nobis objiciant: sed infelici admodum omine & successu, uti mox penitus dispiciemus.

XXVI. Ac primo quidem negant ex vocabulo J E H O V A E probari posse Divinitatem SPIRITUS SANCTI, siquidem illud denotet essentiam divinam: Quod si igitur SPIRITUS SANCTUS verè est

set



set & diceretur JEHOVA, sequeretur plures esse essentias divinas, & per consequens etiam plures Deos.

XXVII. Verum hoc loco tenendum est vocabulum JEHOVAE in sacrâ scripturâ bisariam usurpari, quandoq; absolutè prout omnibus tribus personis competit, quem admodum sumitur in istâ propositione, quando JEHOVA dicitur denotare essentiam divinam, quandoq; verò relativè, quando nimirum cum determinatione certâ ad certam personam accommodatur, ubi JEHOVA dignens idem est quod DEUS pater, JEHOVA genitus idè quod Filius, JEHOVA procedens idem quod SPIRITUS SANCTUS. Nulla igitur Deorum pluralitas sive multitudo inde metuenda est: sed firmiter adhuc concluditur SPIRITUM SANCTUM esse verum DEUM, quia nomen JEHOVAE illi tribuitur, quemadmodum thesivigesimâ in prophylogismo allato satis evidentè probatum est.

XXVIII. Sed & contra illum sic excipit Smalcus in refutat. disput. de Spiritu S. contra Doctorem Graevium pag. 8. Major, inquit, & ineptè concepta & falsa est, nec ex locis citatis probatur, nam in illis tantum dicitur, quod is, qui per os Prophetarum locutus est, sit ille æternus DEUS, vel potius tantum dicitur, quod DEUS æternus locutus sit per os Prophetarum, At non dicitur, quod, quicumq; locutus est per os Prophetarum, sit æternus DEUS.

XXIX. Respondeo argumentum nostrum procedere ab unitate operationis & effectus, ad unitatem causæ efficientis & operantis, & ab hac ad communionem ejusdem nominis & dignitatis, adeoq; optime concludit.

XXX. Quamvis enim unus & idem effectus sæpè de-

”  
”

Resp. κατὰ  
δικαιολογίαν.  
Vocabulum  
Jehova dupliciter sumitur.  
1. Absolutè.  
2. Relativè,

” Exceptio  
” Smalcij  
” contra  
” prophylog.  
” th. 20.  
”  
”  
”  
”  
”

Resp. κατὰ  
ἀπολογία  
καὶ ἰσχυρίαν.



Identitas o-  
perationis  
importat I-  
dentitatem  
nominis &  
dignitatis.

Exceptio  
Sualety con-  
tra locos  
parallelos  
Thesi 21. 22.  
23. 24.

pendere possit à pluribus causis efficientibus diversi ordi-  
nis: nullum tamen huius distinctionis vestigium hoc in  
loco apparet inter IHOVAM & SPIRITUM SANCTUM,  
quomodo nimirum aliter ipse DEVS, aliter SPIRITVS  
SANCTUS in Prophetis loquatur & operetur. Quando-  
quidem igitur una & eadem est in utroq; vis causandi  
hunc effectum, & una atq; indivisa utriusq; operatio, ne-  
cessario inde consequitur, unam quoq; & eandem utri-  
usq; esse essentiam. Vbi enim una & eadem est diversorum  
operatio, ibi est equalitas in agendo, eaq; vel in qualitate,  
vel in quantitate, vel in ipsa substantiâ. Iam autem  
inter DEUM & SPIRITUM SANCTUM nulla neq;  
in qualitate neq; in quantitate equalitas deprehenditur,  
(siquidem hæc in DEUM non cadunt) equalitas igitur  
erit in substantiâ, que vocatur seu Identitas essentie di-  
citur, & à qua etiam nominis communitas emanat,  
quod nimirum SPIRITUS SANCTUS non minus ac  
DEUS Pater, sit & dicatur JEHOVA, & DEUS ille,  
qui per Prophetas locutus est.

XXXI. Sed neq; in hoc etiamnum quiescit adversari-  
us, quin contra locos parallelos in Thesi XXI. XXII. &c.  
citatos similiter argu, at loco allegato p. 9. Sensus, inquit,  
horum & aliorum locorum est, quod jam de  
DEO dicatur, cum locutum esse per os Prophetarum,  
jam verò de SPIRITU SANCTO, non  
quod SPIRITUS SANCTUS sit ille DEUS:  
Sed quia est illius DEI SPIRITUS, vel (ut loquitur  
Socinus in tract. de Christo & Spiritu Sancto p. 4.)  
quod est virtus & efficacia DEI, & quandocun-  
que per id quod DEI est, aliquid fieri dicitur, jure  
idâ



idà DEO fieri dici potest, de DEO propriè, de eo, quod DEI est, figuratè.

XXXII. Verum non ita facillè evidentissima sacra scripturæ testimonia eludi vel possunt vel etiam debent.

SPIRITVS SANCTVS sanè est & dicitur virtus DEI LUC. I. v. 35. non autem virtus quadam ἐνεργητικῆ & accidentalìs, quam adversarij sibi imaginantur, sed ὑποστατικῆ & substantialìs ab ipso Patre & Filio realiter distincta. Huic enim virtuti, ut mox in progressu patebit, nomen DEI atq; DOMINI in scriptura attribuitur, quod de proprietate aliqua DEI essentiali absolute accepta in sacris nusquam legitur. Quando igitur id, quod de DEO dicitur, eum locutum esse per os Prophetarum, mox ad Spiritum Sanctum accomodatur, tunc illud non figuratè accipiendum est, quasi id quod DEO propriè & perse competit, virtuti divinæ impropriè ascribatur, sed omninò sentiendum est, ea, quæ de DEO in allegatis locis dicuntur, propriè quoq; de Spiritu Sancto dici & enunciari tanquam de virtute DEI ὑποστατικῆ & substantiali, quæ in sanctis habitet & operatur, veluti infra etiam demonstrabitur. Atq; hæc de vocabulo **JEHOVÆ**.

XXXIII. Consimili modo cum Spiritui Sancto, passim, præsertim in novo Testamento nomen DEI & DOMINI, (quod respondet nomini **JEHOVÆ** in veteri Testamento) tribuatur, & illud hanc immo- tam nobis parit ἀπόδειξιν, quod SPIRITVS SANCTVS sit verus DEVS. Sic enim Petrus Act. 5. v. 3. Postquam ad Ananiam dixisset: Cur tentavit Sathanas cor tuum, ut mentireris SPIRITUI SANCTO, mox v. 4.

ad-

Responsio

κτ. Δαλε σ  
σιν & βρω  
υύμυ.

Spiritus S.  
non est virtus  
Dei ἐνεργη-  
τικῆ; sed  
ὑποστατικῆ.

Spiritus.  
tribuitur  
nomen Dei.

Atq; f. p. 3. 4.



addit: Non mentitus es hominibus, sed DEO, qui locus  
verè classicus vel unicus instar omnium esse & potest &  
debet. Hinc enim contra omnes Ne-Arianos, negantes  
SPIRITUM SANCTUM alicubi in Scripturâ dici DEUM,  
argumentamur:

ἀπὸ δεξιῶν.

Cuicuiq; tūm temporis præter Apostolos men-  
titus fuit Ananias, is fuit verè DEVS.

Atqui Ananias tūm temporis præter Apostolos  
mentitus est SPIRITUI SANCTO.

Exceptio  
Smalcj.

Ad minorē.

Ergò SPIRITUS SANCTUS est verè DEUS.

XXXIV. Verum ad hunc syllogismum respondet Smal-  
cius in refutat. disput. de Spiritu sancto. p. 7. Negando  
tam Majorem quam Minorem. Ad Minorem qui-  
dem quod attinet, eam ideò rejicit adverterariis,  
quod neq; expressè in textu habeatur, neq; ex ijs,  
quæ ibi habentur possit elici. Nam inquit v. 3. Non  
est casus tertius dandi, uti habet latina versio, quo  
v. 4. utitur Lucas, dum ait: ὁκ ἐψευσα ἀνθρώποις, ἀλλ'  
ἐπὶ τῷ ἁγίῳ, sed quartus accusandi scilicet ψευδαί-  
σιν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον Quæ verba verti debēt, ut men-  
titeris Spiritum sanctum. Sensum autem longè ali-  
um præbent, quam ea, quæ v. 4. leguntur. Is enim  
SPIRITUM SANCTUM mentiri dici potest, qui præ-  
se fert, se habere Spiritum Sanctum, cum tamen  
ipse sciat, haud ita rem se habere. Hæc Smalcius pro  
more suo è Socino.

Enjedini ex-  
plicatio per-  
versa.

XXXV. Et Enjedinus in Explicat. locorum V. & N.T.  
inter alia ex diversitate phrasium v. 3. & 4. conclu-  
dit, vocabulum SPIRITUS SANCTI hoc loco nihil  
aliud significare, quam Christianismum. Sensum  
igitur hunc eruit, cur mentitus es Spiritum Sanctum

in te



in te, seu Christianismum, quod si Spiritum Sanctum habuisses, nunquam certè tale facinus commisisses. Nam inquit,  $\Psi\epsilon\sigma\alpha\omega\zeta$  cum Accusativo tantum significat fallere.

XXXVI. Sed respondemus, unam & eandem utrobique manere sententiam, etiamsi verbum  $\Psi\epsilon\sigma\epsilon\delta\alpha\iota$  modo cum Dativo, modo cum Accusativo casu efferatur, sicut benedicere, item evangelizare nunc cum Dativo, nunc cum Accusativo in eadem sententiâ passim usurpatur.

XXXVII. Confirmat hanc nostram interpretationem verbus 9. ejusdem capituli, ubi  $\tau\omicron\ \Psi\epsilon\sigma\alpha\omega\zeta\ \tau\omicron\ \pi\nu\epsilon\upsilon\mu\alpha\ \tau\omicron\ \alpha\gamma\iota\omicron\nu$ , quod habetur v. 3. exponitur per  $\tau\omicron\ \pi\epsilon\iota\epsilon\gamma\acute{\iota}\sigma\alpha\iota\ \tau\omicron\ \pi\nu\epsilon\upsilon\mu\alpha\ \kappa\upsilon\epsilon\iota\omicron$ . Postquam enim v. 3. de Ananiâ dictum erat, quod mentitus esset SPIRITUM S. & eadem culpa in uxorem ejus Saphiram transferenda erat, mox v. 9. de illâ affirmatur, quod cum viro suo convenerit tentare SPIRITUM SANCTUM. Unde patet, unum eundemque, utriusque phraeos utrobique sensum esse. Sic enim colligimus:

Quo sensu Saphira v. 9. tentasse dicitur SPIRITUM DOMINI, eodem etiam sensu Ananias v. 3. dicitur mentitus esse SPIRITUM SANCTUM, siquidem nulla datur ratio, cur in eodem peccati genere aliud de viro, aliud de uxore enuncietur.

Atqui Saphira ideo tentasse dicitur SPIRITUM DOMINI, quia mentita est SPIRITUI SANCTO, & parte precij de prædico divendito intervertere voluit:

Eodem igitur sensu de Ananiâ asseritur, quod SPIRITUM SANCTUM mentitus fuerit. Et per consequens verbum  $\Psi\epsilon\sigma\epsilon\delta\alpha\iota$  sive cum Dativo, sive cum Accusativo casu jungatur eandem utrobique significationem obtinet.

Responsio v.  
καὶ ἀεὶ ἴ-  
σιν.



2. κατὰ  
συγγένειαν  
κατὰ  
β.

XXXVIII. *Concidit itaq; glossa adversariorum, quæ volunt hoc verbum cum Accusativo positum idem esse ac præse ferre, habere aliquem SPIRITUM SANCTUM seu Christianismum, cum tamen series contextus prorsus contrarium evincat.*

XXXIX. *Deinde etiamsi concedamus adversarijs verbum ὁμοῦς cum Accusativo junctum nihil aliud significare quàm fallere, veluti usus etiam vocabuli quodammodo videtur exigere, (id quod ipsemet Enjedinus concedit) nihil tamen inde vel adversariorum causa accedit, nec quicquam etiam nostræ sententiæ decedit, quia hoc etiam admissò nihilominus integri versiculi integer sensus non potest esse alius, nisi hic: Cur Sathanas cor tuum implevit, ut mentireris vel falleres SPIRITUM SANCTUM & interverteres de precio? Unde patet, eodem rem redire sive Ananias SPIRITUM SANCTUM fefellisse, sive SPIRITUI SANCTO mentitus esse dicatur. Vanum igitur & hoc adversariorum κενὸ Φιγερὸν est, & ita hæctenus de Minore plus satis.*

Exceptio  
Smalcij ad  
Majorem.

XL. *Ad Majorem respondet Smalcij in eodem tractatu p.s. negando consequentiam; dato enim, inquit, eo, quod Ananias mentitus sit non tantum Apostolis, sed etiam SPIRITUI SANCTO, quomodo hinc consequi dici potest, SPIRITUM SANCTUM esse DEUM? Num idè, quod postquam semel dictum fuisset, eum mentitum esse SPIRITUI SANCTO, iterum deindè dicitur, eum mentitum esse DEO? At hinc tantum id sequitur Ananiam mentitum esse tum DEO tum SPIRITUI SANCTO, non autem ullo modo eum,*  
cui



cui præter Apostolos mentitus sit Ananias, esse  
DEUM.

XLII. Sed Respondeo, positiã & sufficienter probatã  
Minore, quod nimirum Ananias non minus mentitus sit  
SPIRITUI SANCTO, quã vel Apostolis, vel ipsi  
DEO, Majoris consequentia satis evidens est, ex imme-  
diatã oppositione DEI & hominum, quæ vers. 4. occur-  
rit: Ita enim ibi Petrus  $\alpha\epsilon\alpha$ , inquit,  $\epsilon\psi\lambda\omicron\sigma\omega$   $\alpha\delta\theta\epsilon\omega\acute{\nu}\omicron\iota\varsigma$   
 $\alpha\delta\delta\alpha$   $\tau\omega$   $\theta\epsilon\omega$ . Ananias igitur nulli alij rei, nisi vel  
DEO, vel hominibus, mentiri poterat, aliã oppositio  
Apostolica non esset  $\alpha\Phi\omicron\upsilon\kappa\tau\omicron\varsigma$  & immediata. At-  
qui Petrus expressè negat, Ananiam vel sibi vel suis  
collegis tanquam hominibus mentitum esse, & quam-  
vis ipsis quoq; mentitus esset, tamen Apostolus id nihil  
esse dicit comparatione ejus quod DEO mentitus sit. Ex-  
clusis itaq; omnibus, quibus Ananias mentiri poterat, præ-  
ter solum DEUM, cum ille nihilominus SPIRITUI S.  
mentitus esse dicatur, sequitur SPIRITUM SANCTUM  
esse verum DEUM, præsertim cum in numerum creatu-  
rarum referri, aut cum donis suis confundi minime  
possit.

XLII. Neq; est quod excipiat Smalcus, d.l. Anani-  
am mentitum esse SPIRITUI SANCTO, non ut DEO,  
sed quatenus Apostolis mentitus est, in quibus ille  
SPIRITUS degebat. Item mentitum esse DEO,  
quatenus is SPIRITUS, qui in Apostolis degebat,  
non quidem DEUS, sed DEI erat, & ita Apostoli  
non nudi homines, sed divini erant, non itaq; rectè  
dici Ananiam præter Apostolos SPIRITUI SAN-  
CTO mentitum esse, sed mentientem Apolto-  
lis mentitum esse SPIRITUI SANCTO, Et

Responso  
κατὰ δει-  
ξιν τῆς αἰ-  
κολαβίας.

Instantia  
Smalcij.



huic quidem impropriè; DEO autem SPIRITUS  
istius auctori propriè, quemadmodum *i. Thess. 4. v. 8.*  
*dicitur: Qui rejicit hæc (scilicet voluntatem DEI)*  
non homines rejicit, sed DEUM qui dedit SPIRI-  
TUM SANCTUM in nos.

Responsio  
κατ' αλλη-  
λων εν τω  
κειμενω

XLIII. Hanc enim interpretationem non admittunt  
verba Petri, qui ab Apostolorum quantumvis præstan-  
tissimorum hominum personâ, qui SPIRITU SANCTO  
omniñò erant præditi, ad DEUM ipsum Ananiam  
revocat, & huic eum mentitum esse ait, quem tamen  
dixerat, mentitum esse SPIRITUI SANCTO, q. d.  
Voluisti tu fortasse nos fallere dono SPIRITUS  
præditos, sed hoc mendacium non tam ad nos pertinet,  
quàm redundat ad ipsum SPIRITUM SANCTUM  
qui verè DEUS & omnium donorum auctor  
est.

Infantia  
secunda.

XLIV. At qui instat adversarius, quemadmodum  
dicitur ille spernere & rejicere non homines,  
sed DEUM, qui spernit homines divino SPIRITU  
præditos, *i. Thessal. 4. v. 8.* Ita rectè dici potest ali-  
quis mentiri non hominibus, sed DEO, cum  
mentitur hominibus dono SPIRITUS præ-  
diti.

Responsio i.  
κατ' αλλη-  
λων.

XLV. Resp. Quamvis non negemus verba Petri  
Actor, *s. v. 3. & 4.* habere aliquam cognationem cum  
illis Pauli, quæ ex *i. Thessal. 4. v. 8.* allegat Smal-  
cius negamus tamen unam & eandem utrobiquè esse ra-  
tionem. Manifestè enim in verbis Pauli intelligitur  
Deus Pater, qui dat SPIRITUM suum SAN-  
CTUM in nos, in verbis autem Petri non itidem: Ut  
taceam non esse ejusmodi oppositionem & exclusionem,

com



connexionem & harmoniam in dicto Pauli, qualis in loco allegato Petri deprehenditur.

XLVI. Deinde etiam si concederemus aduersarijs, mentiri SPIRITUI SANCTO esse mentiri DEO, qui per SPIRITUM SANCTUM loquitur in seruis suis, tamen non sequeretur inde SPIRITUM SANCTUM non esse DEUM, in seruis suis inhabitantem: Sed contrarium potius inde probari posset, quia de SPIRITU SANCTO inhabitante in cordibus nostris dicitur quod loquatur, id quod nec de dono quodam accidentali, neq. de virtute & potentia Dei essentiali, neq. de alio quodam actu creato & finito, sed tantum de persona divina potest intelligi prout infra etiam dispicimus.

XLVII. Porro idem nomen & eundem titulum DEI scilicet & DOMINI reliqui etiam Apostoli passim SPIRITUI SANCTO accommodant, uti videre est I. Cor. 3. v. 16. Ubi cum dixisset Apostolus: An nescitis quod templum DEI estis, statim addit & SPIRITUS DEI habitat in vobis, & v. 17. si quis templum DEI violaverit, disperdet illum DEUS, templum enim DEI sanctum est, quod estis vos, & cap. 6. v. 19. An nescitis inquit, quoniam membra vestra templa sunt SPIRITUS SANCTI, & statim v. 20. glorificate DEUM in corpore vestro. Ita I. Cor. 12. v. 11. SPIRITU Sille, qui operatur omnia, & dividit singulis prout vult, dicitur esse Deus ille, qui dona sua varie distribuatur, v. 6. & 28.

XLVIII. Quamvis autem negari non possit, posteriora hac ipsa nomina DEI scil. & DOMINI haud raro vel propter maneris, quod gerunt, amplitudinem, vel propter beneficia, que in alios plane divina conferunt, hominibus etiam assignari, longe tamen sublimiori & nemini homi-

2. x. τ. βι.  
α. γ. ο. ν.

Nomen Dei  
& Domini  
Spiritu S.  
tribuitur.

Occupatio  
tacita obje-  
ctionis.



num communicabili ratione, Spiritum Sanctum hac sibi nomina vendicare, diligens locorum Sacrosanctæ scripturæ collatio evidentissimè demonstrat.

Exceptiones  
adversario-  
rum.

1. In genere.

Responso.  
Κατα δὲ  
τὴν ἑ-  
σὴν  
Φύσιν  
ἐν οὐσί-  
σῳ καὶ  
διακρίσει

Nomen  
Spiritus S.  
quale sit.

XLIX. Ut ut autem hæc ita sese habeant, nihilominus tamen tanta est adversariorum malitia, ut hic quoq; nihil intactum relinquunt, sed singula hæc sacra scripturæ testimonia suis glossematibus involvant. Ac in genere quidem primum obijciunt: SPIRITUS SANCTI nomine in locis allegatis intelligi DEUM PATREM, cum enim is, & SPIRITUS sit. *Joh. 4. v. 24.* Et Sanctus sit, *Joh. 17. v. 11.* clamitant Patrem merito appellari SPIRITUM SANCTUM.

L. Sed quis non videt turpem committi fallaciam in hoc argumento compositionis & divisionis. Quamvis enim divisim Pater dicatur SPIRITUS atq; etiam SANCTUS, nusquam tamen conjunctim SPIRITUS & SANCTUS in sacris literis dicitur. Deinde quando Pater dicitur & SPIRITUS & SANCTUS, absolutè hoc de ipso enunciatur, quippe cum ad essentiam & naturam eius pertineat. Quando autem de SPIRITU SANCTO dicitur, tunc illud in relatione accipiendum est ad Patrem & Filium, quorum SPIRITUS est & à quibus ab æterno procedit.

LI. Tacco jam, quod nomen SPIRITUS SANCTI tertiæ personæ Sacrosanctæ Trinitatis quodammodo peculiare sit, quippe cujus personalis proprietas hæc est, quod à Patre & Filio in arcano illo mysterio Divinitatis ineffabiliter ab æterno spiratur, unde SPIRITUS JEHOVÆ *Psal. 33. v. 6.* SPIRITUS ORIS CHRISTI *2. Thessal. 2. v. 8.* Et SPIRITUS LABIORUM eius vocatur *Esa. 11. v. 4.* Atq; hæc in genere.

LII. In



LII. In specie autem contra locum 1. Cor. 3. v. 6.  
 Ita excipit Socinus in *Animadvers. ad Aß. 14. Coll. Pos. nã. p. 60.* nullo modo idcirco in nobis dici inhabitare DEUM, quia SPIRITUS ipse DEI, quo præditi sumus, DEUS fit, cum ipse ille DEUS, cuius Spiritus est, in nobis habitare dicatur. Cum enim Paulus dixisset, Spiritus DEI habitat in nobis, statim subiungit v. 17. Templum enim DEI Sanctum est, quod estis vos. Vult itaq; Adversarius, Socinus, DEUM Patrem esse solum illum DEUM, qui in nobis habitat, & de Spiritu Sancto, quantum velit, nobis distribuat.

LIII. Resp. autem, quamvis utrãq; quod dicitur, manu largiamur, DEUM Patrem non minus atq; SPIRITUM SANCTUM in cordibus nostris habitare, propter essentia Divina unitatem: Illud tamen *δοτορως* negamus, quod præsentem in loco nomine DEI inhabitantis solus Pater intelligatur. Semper enim distinguendum est inter inhabitationem illam generalem, que DEO simpliciter tribuitur, & inter inhabitationem specialem, quã SPIRITUS SANCTUS certo quodam modo & agendi ordine in credentibus est & operatur, non ut nuda aliqua DEI virtus & *ενεργεια*: Sed ut persona per se subsistens.

LIV. Ex eo autem, quod cum Paulus dixisset, Spiritus DEI habitat in vobis, mox subiungit v. 17. Templum DEI estis, nullã ratione concluditur DEUM Patrem excluso Spiritu Sancto corda nostra inhabitare: Sed contrarium potius inde elicitur, nimirum Spiritum Sanctum esse verum DEUM in sanctis suis habitantem, propterea quod modo DEI modo Spiritus Sancti templa sanctos nominet Apostolus.

LX.

2.  
 In specie  
 contra locũ  
 1. Cor. 3. v. 16.

1. Responso  
 Καὶ ἀεν-  
 σιν

Inhabitatio  
 Dei alia ge-  
 neralis alia  
 specialis in  
 credentibus.

2. Καὶ ἀν-  
 πορωζωθῆν



Exceptio  
contra locū  
1. Cor. 6. 5. 19  
20.

LV. Contra alteram locum 1. Cor. 6. v. 19 20. Simili-  
ter excipit Socinus dicto loco, per DEUM ibi non pos-  
se intelligi SPIRITUM SANCTUM, quia subjungat,  
Paulus, quem habetis à DEO. Si igitur habetur à  
DEO, non erit ipse DEUS. Deinde dicit, ea verba,  
portate DEUM in corpore vestro nullo modo ad  
SPIRITUM SANCTUM, quem Corinthij illi à DEO  
habebant, accomodari possunt, quorsum enim, in-  
quit, attinisset illos adhortari, ut cum SPIRITUM  
portarent in corpore suo, quem jam haberent? Nā  
si portare pro eo, quod est, ne abjicite dictum veli-  
mus, siquidem subaudiatur, imprudenter & info-  
lens planè id fuerit: Sin autem consultò de rebus  
gravibus tantum & molestis dici solet. Addè quod  
alterum illud verbum glorificate satis demonstrat,  
ibi DEI nomine SPIRITUM SANCTUM non intelli-  
gi, nusquam enim, (ut credimus) in sanctis literis  
glorificari ab hominibus SPIRITUS SANCTUS  
dicitur. Haec tenus Socinus.

Responsio 1.  
Καὶ ἐπιτί-  
μησιν, τῆς  
ἀπολλοῦ  
αἰς.

LVI. Verum Resp. Primò, quod SPIRITUM Sanctum  
habeamus à DEO, id non impedit, quo minus ipse DEUS  
sit. Dicitur enim illustratione missionis & promissionis,  
que modum saltem atq; ordinem personarum in agendo  
& existendo concernunt, & cum unitate essentia & æ-  
qualitate naturæ optimè possunt consistere: Ita enim &  
Filium habemus à Deo nobis datum & donatum Joh. 3.  
v. 16. cap. 4. v. 10 Esa. 9. v. 6. Rom. 8. v. 32. Quem tamen u-  
nius cum Patre & SPIRITU SANCTO essentia esse, Jo-  
hannes Apostolus 1. cap. 5. v. 7 apertè testatur. Deinde,  
que de verbo Portare in medium proferuntur, non mult-  
tūm laborabimus, cum verbum ἀεγτε seu portate in textu  
græco

καὶ τὸ  
πλῆθος αἰσ  
verbi porta-  
re.



græco non legatur, sed nescio unde in vulgarem versionem latinam irrepserit. Quod autem addit, nusquam in sacris literis dici SPIRITUM SANCTUM glorificari ab hominibus, illud etiam atq; etiam negamus, ejusq; contrarium probamus, quemadmodum suo loco ostendetur.

LVII. Tandem contra locum 1. Cor. 12. v. 11. peculiariter hoc urget Smalcus in Catechismo Raco viensi p. 45. Et in tract. de Spiritu Sp. 10. & 11. per DEUM hoc loco intelligi solū Patrem, per Dominū a. Christū, qui solū DOMINUS est sub novo fœdere, per SPIRITUM SANCTUM autem virtutem & efficaciam DEI, per quam DEUS in credentibus omnia efficiat. Et Socinus in Animadvers. p. 45. Hoc, inquit, Pauli testimonium omninò ejus contrarium demonstrat, ad quod probandum fuit allatum, cum in eo unus DEUS ab uno DOMINO & uno SPIRITU aptissimè distinguatur. Quod profectò perspicuè ostendit ad unius DEI essentiam, nec DOMINUM illum nec SPIRITUM SANCTUM pertinere, aut certè DOMINUM illum & SPIRITUM τὸν μόνον Θεὸν non esse.

LVIII. Verū Resp. Per Nomen Dei & DOMINI neq; Patrem neq; Filium hoc in loco intelligi posse; sed utrumq; nomen ad solū SPIRITUM S. referendum esse. Cum enim dixisset Apostolus v. 4. Divisiones gratiarum sunt, idē a. Spiritus. Et v. 5. Divisiones ministratiōnū sunt, idē autem DOMINUS. Et v. 6. Divisiones operationum sunt, idem verò DEUS, qui operatur omnia in omnibus: Mox v. 11. subjungit: Hec omnia operatur unus atq; idem SPIRITUS dividens singulis, prout vult. Atq; ita eo ipso & nomen DEI & DOMINI & actiones ejus proprias, & summam agendi libertatem SPIRITUI SANCTO tribuit.

καὶ ἄνευ  
σιν.

Exceptio  
contra lo-  
cum 1. Cor.  
12. v. 11.

Responsio  
καὶ αὐ-  
τῶν ὧν.



2.  
κατὰ πα-  
ραμολογί-  
αν.

LIX. Deindè posito hoc non concessò per nomen DEI intelligendū esse Patrem, item per nomen DOMINI intelligendum esse Christum, nihilominus SPIRITUS SANCTUS à communi illà DEITATE vel ideò nullo modo excludi poterit, talia enim hoc loco commemorantur SPIRITUS SANCTI dona, quæ à nullo homine, nulloq; Spiritu creato in quenquam conferri possunt. Et quia disertè dicitur Spiritus sanctus dividere singulis prout vult, sumiter inde concluditur, Spiritum sanctum non esse nudam DEI virtutem, cui hæc omnia propriè & per se non competunt: sed potius substantiam agentem, intelligentem & liberè volentem omnia.

LX. Neq; etiam ob hanc personarum distinctionem SPIRITUS SANCTUS à communi Patris & Filij essentiâ excluditur: sed hoc modo personarum duntaxat ordo, & earum in existendo & agendo officia à se invicem distinguuntur, ac proindè sua SPIRITUI SANCTO nihilominus constat DEITAS, infinita gloria, coeterna majestas.

Et hæc de primâ classe argumentorum, quibus vera SPIRITUS S. DEITAS comprobari potest, dixisse sufficiat.

SECUNDA CLASSIS ARGUMENTORUM  
ab hypostatico SPIRITUS S. Idiomate desumpta.

2. Classis argu-  
mum Idioma  
hypostati-  
cum Deita-  
tem S. S. pro-  
bans.

LXI. Altera Classis probationum Divinitatis Spiritus sancti haud immeritò sumitur & confirmatur ex hypostatico idiomate Spiritus, quod non sit Creatus, ut universa reliqua, quæ extra DEUM sunt: sed ex ipsius DEI substantia procedat. Ideò nominatur Spiritus, qui ex DEO est.

LXII. Quem-



LXII. *Quemadmodum autem ex DEO esse, quando de Filio dicitur, notat aeternam generationem, que tamen generatio nihil derogat divinitati Filij, sicut Christus ait: Non quod Patrem quispiam viderit, nisi is, qui est ex DEO, Joh. 6. v. 46. hac phrasi aeternam suam à Patre generationem describens: Ita quoq; quando Apostolus ait de SPIRITU SANCTO, quod sit ex Deo, I. Cor. 2. v. 12. notat aeternam ejus à Patre Filioq; processionem, de qua Joh. 15. v. 26. dilucidum extat testimonium, ubi Christus ait: Cum venerit PARACLETUS, quem ego mitto vobis à Patre SPIRITUS veritatis, qui à Patre procedit. Que tamen processio adeo non labefactat ejus Divinitatem, ut potius omnibus modis confirmet, & hanc indubitam & prorsus infallibilem demonstrationem nobis pariat.*

LXIII. *Quicumq; à Patre Filioq; ab aeterno procedit, ille est verus Deus.*

*Atqui SPIRITUS SANCTUS à Patre Filioq; ab aeterno procedit.*

*Ergò SPIRITUS SANCTUS est verè Deus.*

LXIV. *Majoris veritas vel inde satis manifesta est, quod processio illa nihil sit aliud, quam divina essentia per aeternam à Patre & Filio spirationem communicatio. Jam autem fieri non potest, ut ulli creature conveniat à Deo intra ipsam DEITATIS sociam procedere.*

*Minor, quod scilicet SPIRITUS SANCTUS personali suà origine sit à Patre & Filio, praterquam quod ex superioribus satis constet, vel inde etiam patet, quod non sit creatura.*

Πρόδος Ζ΄.

Probatio Majoris.

Prob. Minoris.



Quicquid autem est, aut est creator aut creatura: Nam inter hæc duo nullum datur tertium.

Sed SPIRITUS SANCTUS non est creatura (id quod ipsimet Photiniani concedunt: ) sed potius creavit omnia.

Contraria Socini assertio exploditur.

Ergo est creator, & per consequens verus Deus. LXV. Unde jam apparet, quid sentiendum sit de assertione illâ Socini in *Animadvers. ad assert. 15 Colleg. Posnan. p. 63.* Ubi ait SPIRITUM SANCTUM à Patre & Filio aternâ processione, tanquam ab uno principio procedere, apud sacros scriptores nusquam legitur. *Contrarium enim jam probavimus partim ex manifestis scripturæ oraculis, partim ex analogiâ fidei, secundum quam SPIRITUM SANCTUM non per modum creaturæ existere; sed potius per modum Creatoris à Patre & Filio ineffabili ratione aeterno procedere firmiter colligimus, & piè credimus.*

Goslaviy impugnatio δωδεκάλογος nostra thesi 64. Dari medium inter Deum & Creaturas.

LXVI. Sed & hanc nostram collectionem impugnat Goslavius in *refut. Barth. Keckerman. parte 1. c. 5. p. 83.* maximopere contendens, dari inter hæc duo (putà Inter Creatorem & Creaturas) medium, nimirum actiones DEI & facultates illas, quibus DEUS agit, quicquid vult. Unde concludit SPIRITUM SANCTUM neq; creatorem esse, quia non sit DEUS, neq; creaturam, quia non caperit in tempore: Sed tertium quiddam, nimirum virtutem & efficaciam DEI peculiarem, realiter ab utroq; distinctam.

Responsio καὶ ἀγνῶσιν.

LXVII. Verum enim verò Resp. simpliciter per inscientiam sive negationem ejus quod dicitur, dari scilicet tertium quiddam inter Creaturas & Creatorem



torem, quod in ipso DEO recipiatur. Repugnat enim hoc simpliciter summa & infinita DEI simplicitati, quae nihil compositionis intra essentiam suam admittit: Ita, ut quicquid in DEO est, sit ipse DEUS, veluti etiam actiones & facultates DEI, licet illa ratione objectorum & effectuum inter se distinguantur, in DEO tamen nihil ponunt ab essentia ipsius diversum.

LXVIII. Sed instat adversarius: Actiones DEI, inquit, non sunt ipse DEUS, quia non omnes sunt aeternae, & sunt, cum aliquando non fuerint. DEO hæc dici nequeunt. Etiam illæ facultates, quæ in DEO resident, & quibus aliquid agit, non sunt ipse DEUS; quia velle DEI esset DEI posse & contra: Tum de Misericordia, voluntate, potentia, iustitia & id genus reliquis qualitatibus prædicaretur vox DEI. At non prædicatur, quia nihil naturæ DEI, quæ DEUS, inest in his. Patet, quia definitio DEI illis non competit.

LXIX. Utur autem hæc primo intuitu quandam veri speciem habere videantur, tamen ad ignem veritatis caelestis collata in fumum atq; cineres abeunt.

LXX. Ac primum quidem Actiones Dei quod attingit, sciendum est, eas esse in duplici potissimum differentia. Aliæ enim sunt internæ & immanentes, ut decreta in DEO, quæ ad extra non progrediuntur: Aliæ sunt externæ & transeuntes, quæ à DEO egrediuntur, & in creaturis recipiuntur. Neutra tamen harum ullam in DEO compositionem constituunt.

LXXI. De externis DEI actionibus res plana est, quod sicut extra DEUM in creaturis recipiuntur, ita in ordine & classe rerum creaturarum merito collocentur, &

Ratio hujus infirmitatis.

Instantia ab actionibus & facultatibus Dei.

Resp. Kai' avbu-  
noΦogav.

Actiones Dei aliæ sunt immanentes aliæ transeuntes.

Actiones transeuntes sunt extra DEUM.



DEO nihil addant, nec ullam ei mutationem inferant, quia DEUS non agit per emanationem & transmutationem, neq. per vires quasdam naturae superadditas, ut creatura, sed per essentiae potentiam & virtutis eminentiam actu indivisibili agit, quicquid agit & agere decrevit.

Actiones  
immanentes  
nihil compositionis in  
Deo efficiunt.

LXXII. De Actionibus autem DEI internis sive decretis divinis, etsi multa moveantur à Photinianis, à Vorstio & alijs ejus affectis, omnino tamen statuendum est, illas quoq. DEI actiones internas non esse medium quoddam inter DEUM & creaturas: sed potius ipsi DEO coaeternas, quia DEUS nullà re novà ipsi accedente nihilominus decernit hoc vel illud, non mutatione voluntatis, sed liberà terminatione ejusdem ad hoc vel illud objectum, quae uno aeterno & indivisibili actu perficitur.

Facultates  
Dei sunt ipse  
Deus.

Objectio.

Resp.  
Κατὰ δὲ  
τὴν ἀποστολὴν  
ἁποστόλων  
& μὴ ἀντι-  
τίθῃς ὡς ἀν-  
τίθῃς.

LXXIII. Deinde quod attinet facultates illas, quae in DEO resident, haec similiter τὸν ὅτι quiddam sunt cum ipsa essentia, & ab illà nullo modo discernuntur. Quod autem velle DEI non dicitur posse DEI, & de voluntate, misericordià, potentià, justitià & id genus alijs attributis DEI non praedicatur vox DEI, id non pendet ex ipsarum rerum distinctione, quasi proprietates haec divina realiter ab ipso DEO differant: sed potius provenit & exurgit ex modo concipiendi intellectus nostri, quod illas tanquam distinctas concipimus & enunciamus, ad modum & proportionem conceptuum in rebus creatis & finitis, licet ille inter se & ab essentia DEI realiter non distinguatur.

LXXIV. Manet igitur ἀφωριστός & immediata Creatoris & creaturae oppositio: Et cum SPIRITUS

SAN-



SANCTUS in creaturarum classem reponi sine insigni blasphemiam non possit, necessario relinquitur, illum esse verum DEUM, omnium rerum Creatorem & Dominum, à Patre & Filio unâ eternâ & indivisibili actione ab æterno procedentem.

LXXV. Caterum aliud etiam insuper hoc loco oritur dubium, quomodo nimirum verbum ἐκπορεύεσθαι seu procedere æternam Spiritus Sancti DEIFATEM probare possit, cum tamen idem illud verbum, non tantum Filio DEI, Marc. 10. v. 1. 17. 46. Et alibi: Sed & aliis rebus creatis passim attributum inveniatur, ut: Matth. 13. v. 11. 18. c. 17. v. 21. Marc. 1. v. 5. Luc. 3. v. 7. Act. 9. v. 28. Ephes. 4. v. 29. Apoc. 1. v. 16. Et alijs in locis quam plurimis videre est. Insuper etiam negari nullo modo possit, vocabula græca ἐξελθεῖν & ἐκπορεύεσθαι, exire & procedere, quorum illud Filio, hoc SPIRITUI SANCTO vulgò attribuitur, attestantibus omnibus Lexicographis, eandem significationem obtinere.

LXXVI. Resp. Concedimus quidem verbum ἐκπορεύεσθαι interdum idem esse quod ἐξελθεῖν, & de Filio Dei quoq; usurpari: Quâ de causâ factum, ut non modo Scholastici, sed etiam Patres latini ab hac phrasi, Filius procedit à Patre, minime abhorruerint, sicut hoc videre est apud Augustinum, qui q. 10. ad Orosiū hanc ipsam loquendi formulâ usurpari: Interim tamen & hoc negari non potest, verbum ἐκπορεύεσθαι aliter de Filio, aliter de Spiritu Sancto intelligi & enunciari. Nam Filius procedit & egreditur ita, ut gignatur tanquam imago Patris substantialis: SPIRITUS SANCTUS procedit & egreditur tanquam amor

Dubium de verbo

ἐκπορεύεσθαι an illud S. S. sit proprium.

Respon-  
sio per

συγχωρη-  
σιν κατὰ τὴν

Aliter Filius  
aliter S. S.  
procedit.



amor utriusq. Patris & Filij. Filius procedit & emanat ex Patre tantum: SPIRITUS SANCTUS vero à Patre & Filio simul, Filij processio fit per modum generationis: SPIRITUS SANCTI processio est per modum spirationis, Filius procedit & emanat à Patre sic, ut ratione ordinis sit secunda Persona Divinitatis: SPIRITUS SANCTUS vero procedit à Patre & Filio ita, ut ratione ordinis sit tertia persona Divinitatis.

Patrum &  
aliorum  
excusatio.

LXXVII. Quò sine dubio respexerant Patres, Damascenus & alij, qui inter τὸ γέννησθαι & ἐκπορεύσθαι ita sollicitè distinguunt, ut τὸ ἐκπορεύσθαι in propriissimà videlicet & specialissimà significatione, Filio nullà ratione tribui posse contendant: Eodem etiam respexisse videntur nonnulli ex recentioribus, qui inter τὸ ἐξελθεῖν & ἐκπορεύσθαι ita distinguunt, ut illud, in proprià atq. strictà suà significatione acceptum de solo Filio, hoc verò de solo Spiritu Sancto usurpandum esse ostendant.

Quomodo  
τὸ ἐκπο-  
ρεύσθαι  
creaturis  
tribuat.

LXXVIII. Reliquas autem creaturas quod attinet, de quibus interdum hæc verba enunciantur, ille non per modum generationis, qui Filio proprius est. Nec per modum spirationis, qui Spiritui Sancto unicè competit: Sed vel per modum transmutationis aut alterius cujusdam emanationis & egressionis eiusq. vel naturalis, vel voluntaria, dicuntur ἐξελθεῖν & ἐκπορεύσθαι exire atq. procedere.

LXXIX. Ut ut autem hæc ita sint, nos tamen non in nudà saltè voce hæremus, ut ex eà peculiare argumentum apodicticum pro asserendà DEITATE SPIRITUS SANCTI deducere velimus: Sed potius omne momentum totius cause in re ipsà collocamus.

Dubium

LXXX. Porrò cum ipsa idiomata hypostatica per se



se non constituent, (ut ita ἀνεγνωτοῦ παθὸς loqui liceat) DEUM: Sed ipsa potius DEI essentia hoc efficiat, jam ulterius quæritur, quomodo à processione SPIRITUS SANCTI æterna, tanquam personali Characterè, DIVINITAS ejus solidè demonstrari possit.

LXXXI. At Resp. non ex ipso modo processionis, qui personam constituit, argumentum nostrum procedit: Utrāq; enim manu & nos ultrò largimur, proprietates personales in DEO per se non constituere DEUM: Sed potius ipsam essentiam, Causa enim, cur Pater sit Deus non est, quod sit ἀγέννητος: Sed potius quia est essentia divina, æterna, omnipotens, immensa, infinita, justa, casta &c. Sicut in naturalibus etiam apparet. Natura enim humana communicata, sive per creationem, sive per generationē, facit, ut aliquis sit homo, non autem modus, quo communicatur: Sic essentia divina, sive non communicata ab ullo, ut in Patre, sive communicata ab alio, ut in Filio & SPIRITU SANCTO est illa, quæ sit, ut aliquis sit Deus, non autem ipsa personæ proprietates.

LXXXII. Quia autem SPIRITUS SANCTUS habet hanc ipsam essentiam communicatam, & quidem per processionem illam inenarrabilem, adeo ut per & propter eam essentia divina tota & eadem sit, tam in SPIRITU SANCTO, quam in Patre & Filio, haud abs re igitur colligimus ex hac essentia divina communicatione, SPIRITUM SANCTUM non minus verè ac propriè DEUM esse, quam Patrem & Filium.

Et hæc de altera classe.

TERTIA CLASSIS ARGUMENTORUM A divinis proprietatibus Spiritus sancti deducta.

E

LXXXIII. Ter-

aliud quomodo ex characterè personali divinitas S. S. probetur.

Responsio καὶ ἐπιταυθεῖται τὸν λόγον ἀφ' αὐτῶν.



Tertia clas-  
sis argumen-  
torum, continens propri-  
etates Soli  
Deo compe-  
tentes.

Ἰσοπέριος.

Minoris pro-  
batio ἐπι-  
κλή.

Spirituali-  
tas.

Objecto.

Responsio  
καὶ δειξάν  
σοφισμα-  
τος ὡς ἂν  
τὸ πᾶν καὶ  
ἀπλῶς.

LXXXIII. Tertia classis argumentorum Divinitatem SPIRITUS SANCTI solidè demonstrantium sumitur ab attributis soli vero & naturâ Deo essentialiter competentibus, qualia sunt, spiritualitas, aternitas, immensitas, omniscientia, omnipotentia, veritas &c. Ex quibus omnibus talem demonstrationem extruimus.

LXXXIV. Cuicumq; tribuuntur proprietates soli vero DEO competentes, is certè verus Deus est.

Atqui SPIRITUI SANCTO tribuuntur proprietates ejusmodi DEO essentielles.

Ergò SPIRITUS SANCTUS verus est DEUS. Minor, cujus probationem urgebunt adversarij, probari potest ἐπικλή.

LXXXV. Primò enim tribuitur ei Spiritualitas, quæ proprietates DEO ita essentialis est, ut ipsam DEI essentialitatem declaret, juxta illud Salvatoris Joham. 4. v. 24. DEUS est Spiritus, & Pauli 2. Cor. 3. v. 7. DOMINUS autem Spiritus est. Quia verò hæc proprietates SPIRITUI SANCTO attributa legitur, id quod ipsum nomen Spiritus, & personalis ejusdem proprietates, aternitas scil. à Patre & Filio spiratio, abundè comprobatur atq; demonstrat, consequens est, SPIRITUM S. esse verum Deum.

Nèq; est, ut quis hîc contradicat obijciendo, ex hoc attributo minus firmum peti posse probationis genus pro astruenda Deitate Spiritus S. siquidem & Angeli dicantur Spiritus. Scimus enim vocem hanc non communis alicujus generis ut δειξάν, cujus respectu vel cum Angelis, vel alijs creaturis participet, de Deo & rebus creatis, puta Angelis & animabus, συνωνύως predicari: sed ratione quâdam toto genere sublimiori de solo Deo



Deo enunciari: nam cum omnes res create compositae sint  
vel ex materia & forma, ut sunt corporea omnia: vel ex  
essentia & accidentibus, ut Spiritus creati sive Angeli, qui  
licet ex materia non consistant, alias enim incorporei non  
essent; tamen ex essentia spirituali & accidentibus con-  
stant, vel bonis qualitatibus concreatis, vel malis per la-  
psum in naturam introductis. Deus autem ita Spiritus  
esse dicitur, ut per & propter hoc attributum simpliciter  
omni plane compositionis negatione definiatur: neq;  
enim simplicissima illa DEI gratia ullam materia  
formam, σύνθεσιν admittit, neq; ex essentia & acciden-  
tibus constat, siquidem quae in nobis qualitates & acciden-  
tia sunt, veluti Iustitia, bonitas, sanctitas &c. ea  
cum ipsa DEI essentia convertuntur simplicissime, id  
quod omnino etiam de Spiritu S. essentia asserendum  
est.

LXXXVI. Ex hac spiritualitate emanat quoq; ejusdem  
Invisibilitas, siquidem nulla spiritualis essentia, qua  
talis & per se visui hominum subiecta est, id quod Sal-  
vator itidem venusta similitudine venti declarare, deq;  
Spiritu Sancto satis evidenter docere voluit, Johan.  
3. v. 8.

Quod si autem & hic quispiam instet, & objiciat  
loca Matthaei 3. v. 16. Marci 1. v. 10. Luc. 3. v. 22.  
Johan. 1. v. 32. ubi Johannes Baptista difertis ver-  
bis dicitur vidisse SPIRITUM SANCTUM super  
Christum descendentem, *Ei R. spondemus καὶ ἐκδη-  
λασιν τὸ ὁμῶνύμ.* Quemadmodum enim descendere  
per se proprie & κρείως Spiritui S. non convenit, si-  
quidem infinitus est sua essentia, & tamen in rei veri-  
tate descendit, non quidem in quantum infinitus:

E 2

sed

Deus quo-  
modo sit  
Spiritus.

Invisibilitas  
ex spirituali-  
tate ema-  
nans.

ἐν ψασις.

Responsio  
καὶ ἐκδη-  
λασιν τὸ  
ὁμῶνύμ.



Sed eo modo, quo mirabiliter, verè tamen columba descendenti unitus erat: ita quoq̄, videri propriè SPIRITUI S. non competit, & tamè de columbâ, quam Baptista vidit, eo modo enunciatur SPIRITUS S. ut, descendente columbâ, Johannes expressè affirmet, se vidisse descendentem SPIRITUM SANCTUM, sensus itaq̄, verborum illorum iste est, non quod Johannes immediate ipsam SPIRITUS SANCTI essentiam viderit: sed uti exponitur apud Luc. 3. v. 22, quod SPIRITUS S. corporali specie sicut columba descenderit. Illam igitur columbam vidit Johannes, quia autem illa columba non erat nudum duntaxat Symbolum, vel absentem substantiam SPIRITUS SANCTI significans: vel solius vigoris & efficacie presentiam denotans, sed SPIRITUS S. modo prorsus invisibili cœlesti & impervestigabili, verè tamen & substantialiter eam columba speciem sibi univertat, ratione hujus unionis rectissime dicitur, quod Johannes ipsum SPIRITUM S. viderit, licet ejus essentiam tanquam invisibilem & spiritualement coram oculis intueri nullo modo potuerit.

Simplicitas  
spiritualitatis  
consequens,

LXXXVII. Ex eadem spiritualitate, tanquã attributa DEI proprio & essentiali, fluit etiam & emanat summa SPIRITUS S. Simplicitas, quã uti omnium omninò accidentium est expers, ita quoq̄, impartibilis est, omnisq̄, divisionis & multiplicationis respectum omnem prorsus respuit. Et hæc simplicitas SPIRITUS SANCTI vel ex eo cognoscitur, quod in omnium & singulorum piorum cordibus & corporibus habitet, nec tamen dividatur aut multiplicetur: Sed sit & maneat unus idemq̄, Spiritus, Ephes. 4. v. 4.

Objeçtio.

LXXXVIII. Cæterùm tumultuatur hic Spiritus  
Ne-



Ne Arianus, obtendens, si Spiritus Sanctus est essen-  
tia simplicissima & impartibilis, cur DEUS dicit ad  
Moisen. Num. 11. v. 17. & 25. Descendam & de Spiritu  
tuo, qui super te est, ponam super septuaginta seniores. I-  
temq; cur Eliseus duplicem Elie Spiritum rogat, 2. Reg.  
2. v. 9.

LXXXIX Resp. Committitur ab Adversarijs fallacia  
à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, ex ipsis enim  
textus visceribus satis liquidum est, de essentia SPIRITUS  
S. unica & simplicissima in his locis non agi: Sed potius de  
miraculosis ejusdem donis, que varia sunt, & vel incre-  
mentum vel decrementum capiunt ipso interim SPIRI-  
TU s. ratione essentia & persona uno semper & indivisi-  
bili permanente, est enim unus Spiritus, qui diversa illa  
Charismata operatur 1. Cor. 12. v. 4. Quomodo autem  
Spiritus Moisis fuerit divisus, quomodo item Elisa dupli-  
catum Elie Spiritum petierit, infra sub finem Theol. ult. sus-  
tus explicatur.

XC. secundò tribuitur Spiritui Sancto Æterni-  
tas, dicitur enim non solum πνεῦμα αἰώνιον expresse Hebr.  
9. v. 14. Sed etiam Esa. 40. v. 13. Gen. 1. v. 2. scribitur, in  
principio fuisse, cum omnes alie res creatæ suam sortirentur  
principium. Iam verò semper esse, & nunquam non  
fuisse etiam tum, cum omnia ex non ente & nihilo orirentur  
soli Deo competit: sed SPIRITUS SANCTUS  
semper fuit etiam tum, cum omnia esse inciperent. Ergò  
SPIRITUS SANCTUS est verus Deus.

XCI. Neq; obstat dictum illud Job. 7. v. 39. Quod  
h. l. objectant & vel maxime urgent adversarij, ubi  
Spiritus S. nondum fuisse dicitur. Error enim commit-  
titur crassa equivocationis in vocabulo spiritus, quod

Responsio  
κατὰ δια-  
κρισιν  
ἰσὺν πρὸς τι  
ἡγάπῳως  
λεγομένων

2. Æterni-  
tas.

Objeſtio ex  
loco Job. 7.  
v. 39.

Responsio  
κατὰ δει-  
ξιν



§ 10. u. vi.  
148.

interdum de essentiâ & personâ, interdum de donis & muneribus SPIRITUS SANCTI. Ac in loco quidem allegato non loquitur Johannes de personâ SPIRITUS SANCTI quam jam antè fuisse testatur visibilis patefactio in Jordane Matth. 3. v. 16. Testatur idem Petrus 1. c. 1. v. 11. & 12. Et 2. Petr. 1. v. 21. Et hinc etiam exempla quàm plurima sunt obvia in Sacris, quæ demonstrant SPIRITUM SANCTUM non modò Prophetarum tempore datum fuisse fidelibus: sed etiam eo tempore quo CHRISTUS adhuc in terris degeret ante suam glorificationem. De Johanne enim Lucas disertè refert cap. 1. v. 15. quod Spiritu Sancto impletus fuerit ab utero matris suæ. De Elizabethâ legitur, quod auditâ salutatione Mariæ repleta fuerit SPIRITUS, Luc. 1. v. 41. Idem quoq; legitur de Zachariâ & Simeone. Imò Jo. 20. v. 22. dicitur, quod CHRISTUS à resurrectione suâ, antequam ad cælos ascenderit, Apostolos suos afflaverit dicendo: Accipite SPIRITUM SANCTUM. Cum igitur ante CHRISTUM glorificatum multi habuerint SPIRITUM S. qui poterit dici, nondum fuisse? Loquitur itaq; Johannes de mirandâ illâ missione SPIRITUS SANCTI in festo Pentecostes, & de donis visibilibus & miraculosis Ecclesie primitivæ propriis, quæ post glorificatum CHRISTUM infideles effundebantur.

Probatio ex  
anteden-  
tibus.

XCII. Evincit enim hoc textus evidentia & coherentia. Nam precedenti versus dicitur, clamasse JESUM, qui credit in me, sicut Scriptura dicit, flumina de ventre ejus fluent aquæ viva. Et mox v. 39. Subjicit, hoc dicebat de SPIRITU, quem accepturi erant credentes in eum, quia nondum erat SPIRITUS SANCTUS, putæ, visibiliter & miraculosè effusus.

XCIII.



XCIII. Idem comprobant verba immediate sequentia, in quibus ratio redditur, quare nondum fuisse dicatur SPIRITUS SANCTUS, nimirum, quia JESUS nondum erat glorificatus: Intelligendum igitur illud est de miraculosa Spiritus S. donatione & effusione, quae tunc demum fieri debebat, quando CHRISTUS glorificatus, id est, ad dexteram Patris sui collocatus, & in plenariam regni sui possessionem solemniter jam introductus esset, sicut eventus etiam ipso actu comprobavit.

XCIV. Pariter nec illud quicquam juvat adversarios, imò ne tantillum quidem facit ad stabilendum errorem ipsorum, quod Act. 19. v. 2. discipuli Ephesini Paulo interroganti, num Spiritum sanctum acceperint, postquam crediderint, respondent, sed neq; si Spiritus Sanctus est, audivimus, Fallunt n. & falluntur rursus sophismate  $\omega\sigma\tau\alpha\ \tau\omicron\ \pi\eta\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\alpha}\pi\lambda\omicron\varsigma$ . Non n. ibi agitur de personâ Spiritus Sancti, sicuti etiam discipuli Ephesini non fuerant interrogati de personâ Spiritus Sancti, sed de donis illis eximis, quae tum in Ecclesiâ primitivâ vigeant. Deinde admodum absurdum est ex eo, quod Ephesij illi respondent, se ne audivisse quidem an sit Spiritus S. colligere, Spiritum S. quo ad personam non fuisse. Ephesij n. illi tenuiter adhuc in Christianismo profecerant, & eorum, quae in Christiana Ecclesiâ gerebantur, adhuc magnâ ex parte erant ignari, ut ex ipsorum responsione apparet: Illorum igitur ignorantia veritati caelesti nullo modo prejudicare vel potest vel etiam debet.

XCv. Sed pergunt hic adversarij, & tertio loco objectant ad destruendam Spiritus Sancti Aeternitatem.

Qui, inquit, habet principium, is non est aeternus.

Spiritus Sanctus habet principium.

Ergo Spiritus S. non est aeternus.

XCVI.

Ex consequentibus.

Obiectio ex loco Act. 19. v. 2.

Responsio.  
Καὶ ἐπιτίμησιν πᾶσι ἐλογισμῶν καὶ πᾶσι ἀπλῶς  
2. Καὶ ἐπιτιμήσιν πᾶσι  
τοῦ πνεύματος.

Alia obiectio.



Resp.  
κατὰ  
πρὸς ὁμο-  
εὐσμονίης  
περὶ τῶν  
ῶς.

XCVI. Resp. Major non est καὶ ὁμοῦ & simpliciter vera, proinde sic limitanda: Qui habet principium temporis, ille non est aeternus, tam verò SPIRITUS SANCTUS non habet principium temporis, sed tantum persona & ordinis: Ergo secundum suam essentiam & naturam verè est & manet aeternus. Neq̄. obstat processio illa à Patre & Filio, quo minus Spiritus Sanctus sit aeternus. Est enim & ipsa ab aeterno, & initium atq̄. finem ignorat. Igitur & ipse Spiritus Sanctus qui per hanc aeternam processionem nunquam non exiitit, erit aeternus.

A Eternitatis requisitū immutabilitas.

XCVII. Porro aeternitatis hujus requisitum necessariū est immutabilitas, qua n. aeterna sunt & perpetua, illa nulli mutationi aut alterationi sunt obnoxia.

Obiectio,

XCVIII. Si objicias, atquì monemur ab Apostolo Ephe. 4. v. 30. Ne contristemus Spiritum Sanctum, mutabilis ergò est Spiritus Sanctus siquidem contristari nihil est aliud, quàm statu mentis quieto & tràquillo, in statum tristem & perturbatum collocari.

Resp.  
κατὰ δει-  
ξιὸν ὁμο-  
ύμῳ.

XCIX. Resp. Esse ὁμοῦς καὶ ὁμοῦς quandam in hac phrasi, quando enim SPIRITUS SANCTUS dicitur contristari, id non est accipiendam proprie, quasi ille affectibus rapiatur, atq̄. ita mutetur & perturbetur, ut modò latitiam, modò dolorem concipiat: sed improprie potius & κατὰ ἀνθρώπων ἔθειαν hoc de Spiritu Sancto enunciatur. Nam scriptura sacra cupiens consulere nostræ infirmitati, humano more de rebus istiusmodi divinis & caelestibus nobiscum loquitur, Deinde in istiusmodi scriptura phrasibus plerumq̄. ex consequenti intelligitur antecedens, & contrà: Sicut enim scriptura pronunciat, DEUM irasci, quando ob peccata homines punit, eum expurgisci, quando

do



do auxilium dilatatum tandem confert, cum tamen nec perturbetur nec somnum oculis capiat unquam. Ita quoq; contristari dicitur SPIRITUS SANCTUS, quando per peccata nostra ex cordis nostri habitaculo eicitur.

C. Tertiò tribuitur ipsi immensitas sive ubiq; præsentia, quod sanè idioma minimè fallax Divinitatis ipsius est *απειροσ*.

Quicumq; enim est immensus, infinità suà essentiã omnia adimplens, & ex naturæ proprietate ubiq; terrarum, gentium, & locorum præsens, is est verus DEUS.

Sed SPIRITUS SANCTUS est Immensus, & per infinitam suam essentiam ubiq; præsens.

Ergò SPIRITUS SANCTUS est verus Deus.

CI. Minorem probamus testimonio Davidis & Salomonis, quorum ille Psal. 139. v. 6. & 7. canit: *Quò ibo Domine à SPIRITU tuo? si ascendero in calum, illic es, si lectum straverò in inferno, ibi ades. Hic verò Sap. 1. v. 7. dicit: SPIRITUS Domini replevit orbem terrarum. Et cap. 12. v. 1. Incorruptibilis SPIRITUS tuus est in omnibus, quam ob causam pie etiam creditur SPIRITUS SANCTUS esse & habitare in omnium fidelium ubiq; locorum existentium non modò cordibus, sed etiam corporibus, Rom. 8. v. 9. Quæ templa ejus appellantur 1. Cor. 3. v. 16. Creditur insuper etiam toti Ecclesie per univèrsam terrarum orbem dispersa præsens adesse, eamq; gubernare, Joh. 14. v. 16. & 17.*

CII. Sed obijciunt adversarij grunnientes: Si SPIRITUS SANCTUS verè est immensus & omni-

F

præ.

III.  
Immensitæ  
& omnipræ-  
sentie.

ἀπειροσ.

Probatio  
Minoris.

Obiectio.



Responſio  
κατὰ δει-  
ξιν σοφί-  
ας  
ματὸς  
τοῦ ὁμοῦ  
νίας.

praesens, quomodo super Christum dicitur descen-  
diffe in Jordane, Matth. 3. v. 16.

CIII. Verum ex aquivocatione vocabali descendere  
quo ad dictum hoc paratissima est responſio. Descendit  
enim SPIRITUS SANCTUS non locum mutando: Sed  
in externâ columbae specie praesentiam suam manifestan-  
do, & Christum necessarijs donis instruendo: Quo sensu  
etiam Pater & Filius ad nos venire dicuntur Job. 14.  
v. 23. Quando gratiosam suam praesentiam peculiaribus  
gratiae operibus nobis declarant & efficaciter in pijs agunt  
& operantur. Quemadmodum etiam e contrario perso-  
nae Sacrosanctae Trinitatis ab hominibus recedere dicun-  
tur, quando gratiosam suam praesentiam eis subtrahunt,  
de quo praesentiae gradu intelligendum est, quod Spiritus  
S. a Saule dicitur recessisse 1. Sam. 15. v. 26. Cum enim is  
verba Domini reprobaret, desijt esse templum & habita-  
culum Spiritus S. qui tamen illi, quoad essentiae immen-  
sitatem, & generalem praesentiae modum ubivis erat praesentissimus.

IV.  
Omniscien-  
tia.

CIV. Quarto tribuitur Spiritui Sancto Omnisci-  
entia, quâ omnes res tam praesentes quam praeteritas &  
futuras, sic penè cognitâs, sic intimè perspectas habet, ut  
non solum docere possit quae ventura sint, nec solum scruta-  
ri hominum corda: sed etiam Dei profunditates & ar-  
cana ipsius notitiae pateant, Joh. 14. v. 26. c. 16. v. 13. 1.  
Cor. 2. v. 10. & 1. Pet. 1. v. 11. Act. 1. v. 16. c. 20. v. 23. 1. Tim. 4.  
v. 1. Quod sanè tale nobis stabilienda Divinitati Spiritus  
Sancti argumentum iterum suppeditat.

ὁ πῶς δειξίς.

CV. Cuicumq; competit naturaliter & vi suae es-  
sentiae nosse non solum cordium humanorum in-  
timos recessus: verum etiam DE I profunditates,  
insuper



in super etiam res venturas prædicere, is citra dubitationem ullam est per essentiam DEUS.

At SPIRITUI SANCTO competit nosse cordium humanorum recessus, competit in super nosse profunditates Dei, competit ipsi futurarum rerum prædictio.

Ergo SPIRITUS SANCTUS est DEUS.

*CVI. Major patet Jer. 17. v. 10. 1 Reg 8. v. 29. Ubi solus DEUS talia nosse dicitur, quin imò ex venturorum prædictione seu idiomate sibi soli competente Dominus se solum Deum esse confirmat, quando commentitios gentilium deos compellens ait, Esa. 41. v. 23. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & experiemur quod vos dii sitis.*

*Prob. Majoris.*

*Minor probatur 1. Cor. 2. v. 10. Ubi dicitur Spiritus S. scrutari omnia, etiam profunditates DEI. Quemadmodum autem ex eo, quod corda hominum scrutetur, Deus esse cognoscitur: Ita incomparabiliter evidentius asserenda Deitatis ipsius argumentum est, quod ipsius DEI profunditates & acies, abissi & arcana ipsius notitiam haud fugiant. Tribuitur in super Joh. 16. v. 13. Spiritui S. vis isthac cognoscendi, & ex abscondito proferendi futura, quæ post aliquot annos, vel etiam secula demum evenient, & quarum nulla in natura existunt cause. Conficitur ergo hinc necessario Spiritum S. esse naturam verum Deum.*

*Prob. Minoris.*

*CVII. Cæterum ut adversarij absurditates cerebri sui subinde majori impietate adaugeant, & hunc syllogismum & rationem nostram impugnant, objiciendo illud Matth. 11. v. 27. ubi dicitur: Ἐδὲς Ἰσχυρώσκες τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ, ἔδὲ τὸν πατέρα τις Ἰσχυρώσκες εἰ μὴ ὁ υἱός. Nemo novit Filium nisi Pater: neq; Patrem quisquam novit, nisi Filius.*

*Objectio,*



Ergò SPIRITUS SANCTUS neq; Patrem novit neq; Filium scil. per se & ante factam revelationem: Et per consequens non tantum utriq; inæqualis: Sed ne DEUS quidem erit, in Deum enim non cadit Ignorantia.

1.  
 Responſio  
 καὶ ἀρνη-  
 σιν τῆς  
 ἀπολεθι-  
 ας  
 Maxima  
 Theologorū.

CVIII. Sed Resp. per simplicem ἀρνῶν ἢ νεγationem, neganda enim est consequentia, ea q; ex dicto Christi nullo modo probari potest. Et si enim in illo non fiat expressa mentio SPIRITUS SANCTI: tamen is quoq; à mutua notitiâ Patris & Filij minimè excluditur: sed valet hic regula Theologorum, ubi in sacris literis occurrunt vel negationes universè negantes, vel exclusivæ, ille non sunt explicanda de una persona, ut cetera excludantur: sed excludēde sunt creatura aut falsi dii, & quicquid est extra Dei essentiâ, quemadmodum hoc ex multis exemplis Marc 6. v. 47. Joh. 7. v. 27. Joh. 8. v. 2. & alijs in locis videre est.

CIX. Idem omninò de presenti quoq; Salvatoris dicto sentiendum est, in illo solius Patris & Filij mentione facta à divina essentiâ virtutis & sapientiæ communionem non excludi Spiritum Sanctum: sed tantum homines, quorum causa Christus in mundum venerat, & quibus voluntatem Patris debebat revelare: Ita ut sensus sit: Neminem hominum ad agnitionem veri DEI pervenire posse, nisi ipse Filius nobis essentiâ & voluntatem DEI patefaceret, quia Filius solus novit mentem Patris, & à Patre cognoscitur. Aliàs si particulâ illâ exclusivâ Spiritus S. præcisè excludi deberet, sequeretur hoc incommodum, etiam Patrem & Filium à sui ipsius notitiâ excludendum esse, quia cum dicitur, nemo novit Filium, nisi Pater, inde quis posset colligere. Ergò nec Filius se no-

2.  
 καὶ ὁπω-  
 γαγῆν εἰς  
 τὸ ἀποθνῆ-  
 σκειν.

viv



vit, sed solus Pater illum novit: Rurſus quando dicitur: Nemo novit Patrem niſi Filius, aliquis inde concluderet, neq̄ Patrem ſe noviſſe, ſed ſolum Filium illius habere noti-  
 tiam & cognitionem, atq̄ ita uterq̄ à ſui ipſius notiitià ex-  
 cluderetur. Similiter à notiitià Patris removendus eſſet  
 Filius, quia 1. Cor. 2. v. 11. dicitur, nemo novit ea, quæ ſunt  
 DEI, niſi SPIRITUS DEI. Sicut ergò hic Filius non  
 excluditur à communi notiitià DEI; ſed excluſiva alijs  
 ſaltem rebus extra Deitatem opponitur, ita nec illic SPI-  
 RITUS SANCTUS excludi poteſt ab æternâ & infinitâ  
 ſapientia qua DEO ſoli competit.

Ενεργος.

CX. Atqui inſtant, non convenire infinitæ ſapientia  
 ſcrutari profunda DEI, quod tamen de SPIRITU  
 SANCTO 1. Cor. 2. v. 10. aſſeritur: Verùm obvia eſt re-  
 ſponſio: Hæc dicta eſſe uſitato illo tropo, quo ubiq̄ ſacrae  
 literæ ferè utuntur, quando de DEO verba faciunt, ut  
 conſequens ſignificetur per antecedens, in DEO, quia ſcru-  
 tinium & indagatio non antecedit ſcientiam, ſed quia illa  
 in nobis antecedit, & abſq̄ eâ nulla certa notiitia haberi  
 poteſt, ideo ſit, ut eodem loquendi genere DEI notiitia in-  
 dicitur. Sicut igitur, cum ſimpliciter quoq̄ de DEO dicitur,  
 eum ſcrutari renes & corda, infinita tamen illius ſa-  
 pientia nihil derogatur: Ita Spiritus Sanctus profunda  
 DEI ſcrutari pronuntiatur, & nihilominus tamen eſt &  
 ſemper manet ſapientiſſimus.

Reſp.  
 κτ̄. δειξ̄ω  
 της θεο-  
 πολογίας.

CXI. Quintò tribuitur etiam SPIRITUI SAN-  
 CTO omnipotentia majestas, quam non modò opere  
 creationis abundè declaravit: ſed etiam alijs operibus,  
 qua ipſi paſſim aſcribuntur, & de quibus ſuo loco verba  
 faciemus. Hinc enim Sap. 7. v. 23. dicitur Omnipotens &  
 operans omnia in omnibus 1. Cor. 12. v. 6. Quod ſanè ar-

V. Omni po-  
 tentia.



gumentum, uti satis dilucidum, & priori valde cognatum est: Sic momenti & ponderis habet plurimum, talemq. ad confirmandum institutum nostrum demonstrationem ex se gignit.

ὁμοθεΐς.

Quicumq; est omnipotens, is est verus DEUS. Solus enim DEUS est omnipotens. Gen. 17. v. 1.

SPIRITU SANCTUS est omnipotens. Operatur n. omnia, & distribuit omnia prout vult, 1. Cor. 12. v. 11.

Ergo SPIRITUS SANCTUS est DEUS.

CXII. Ceterum quod quidam ex Patribus de hereticis pronunciavit, tantam vim esse erroris semel concepti & pertinaciter defensi, ut tandem hominem sic errantem non modo omni intellectu rerum sacrarum: Sed & ipso sensu communi exuat, ut cum Anaxagorā nixem nigrā esse asserere & nunquā nō etiam cōmunissima & clarissima quasi conspuerare & convellere ausit, idē de adversarijs nostris Photinianis optimo jure affirmare possumus.

Obiectio contra omnipotentiam & imprimis contra locū 1. Co. 12. v. 6.

CXIII. Nam & ipsi nunquam quiescunt: sed uti cōtra singula attributa hactenus carandas suas nugas & quidē sophisticē excogitatas apposuerunt: Ita etiam contra hoc DEI attributum, & imprimis contra locum 1. Cor. 12. v. 6. quo omnipotentia Spiritus S. probata fuit, bellum movent adversarij, plusquam Gigantēā audaciā contententes, etiam si Spiritus S. inquit, h. in l. dicatur operari omnia, quæ DEUS operatur, ex eo tamen non posse inferri, quod sit unius essentiæ cum DEO: sed conjungi tantum appellationem Spiritus S. propterea, quia per solum Spiritum S. non per alium suam virtutem DEUS omnia in credentibus operetur & efficiat.

Resp.  
καὶ ἐν δὴ  
λαοῦ βερε  
sententiæ.

CXIV. Verum nullo negotio hoc ipsorum commentum refu-



refutari potest, si scilicet observetur, quod Pater per SPIRITUM, s. suum operetur, non tanquam per Organon aliquod servile, aut per aliquam virtutem à se distinctam; sed quod SPIRITUS S. sit ipse digitus DEI Luc. 11. v. 20.

Patri & Filio consubstantialis, per seipsum subsistens, agens atq. operans omnia. Et quid sibi volunt Photiniani, quando ajunt per SPIRITUM SANCTUM non per aliam suam virtutem DEUM in credentibus operari? Num plures sunt virtutes agendi in DEO? Num alià potentia DEUS efficax est in credentibus, alià in reprobis, & ita consequenter? ἀπο τοῦ hoc καὶ ἀθεόλογον. Sicut n. una DEI essentia est, ita & una DEI potentia, quam cum Patre & Filio SPIRITUS SANCTUS participat.

CXV. Sextò tribuitur Spiritui S. Veritas. Dicitur n. Spiritus Veritatis. Joh. 14. v. 17. c. 15. v. 26. c. 16. v. 13. I. Joh. 4. v. 6. Dicitur in omnem veritatem ducere Joh. 16. v. 13. Quæ omnia non de veritate aliquà accidentali, quæ in homines cadere potest, sed de veritate essentiali DEO soli propriâ intelligenda esse, vel exinde inter alia manifestum est, quod veritas de Spiritu S. in abstracto prædicatur, quando dicitur, quod sit ipsa veritas I. Joh. 5. v. 6. Unde sic indubitatò colligitur:

Quicumq. est & dicitur Veritas in abstracto, is est verus DEUS.

Atqui SPIRITUS S. est & dicitur ipsissima Veritas. Ergo est verus DEUS.

CXVI. Septimò tandem tribuitur SPIRITUI SANCTO Bonitas & misericordia Psal. 143. v. 11. Sanctitas Rom. 1. v. 4. Et quæ sunt hujus generis attributa alia, quæ nulli creature, aut alij cuidam rei præter DEUM competunt. De hac quidem SPIRITUI SANCTO non duntaxat

2. καὶ ἐπι-  
τήρησι  
τῆς ἀντι-  
λογίας.

VI. Veritas.

Occupatio  
tacite obje-  
ctionis.

ἀποδείξις.

VII Bonitas  
Sanctitas  
etc.



Præsentio,  
inanis effu-  
gij.

*duntaxat ἀνθερωπονοῦσθαι aut per Prosopopeiam quandā, ut volunt adversarii: sed verè proprio & essentialiter attribuantur. Ex quibus omnibus iterum jam æterna Spiritus Sancti Divinitas firmiter asruitur. Et tantum etiam de tertiâ classē argumentorum pro astruendâ Divinitate Spiritus Sancti.*

QUARTA CLASSIS ARGUMENTORUM A  
divinis operationibus Spiritus sancti mutuata.

IV. Classis  
argum. com-  
plectens ope-  
ra soli DEO  
propria.

CXVII. *Quarta classis argumentorum Divinitatem Spiritus Sancti solidè demonstrantium, continet ea argumenta, quæ desumpta sunt ab operibus merè & verè divinis, ex quibus in hunc modum contra Photinianos colligimus,*

διωδεςξίς.

Cuiuscunq; ut causæ efficienti principali tribuuntur opera verè divina, ille est verus DEUS. Omne enim opus & donum perfectum est è supernis, Jac. I. V. 17.

Atqui SPIRITUS SANCTO ut causæ efficienti principali tribuuntur ejusmodi opera divina.

Ergò SPIRITUS SANCTUS est verè

DEUS.

Exceptio  
Photinianorum.

CXVIII. *Sed quid ad hunc Syllogismum respondent adversarii? Socinus Antesignanus ipsorum in Animadvers. ad Assert. 14. coll. Posnan. p. 59. Negat consequentiam. Nam quid mirum est, inquit, SPIRITUM SANCTUM eas res gerere, quæ propriè DEI sunt, cum DEI virtus sit atque potentia, cumq; Dei operationes Spiritus Sancti nomine nuncupentur, sed non propterea sequitur esse ipsum DEUM. Id quod in refut. Wicki & Bellarmini p. 488. Item in tract. De Deo. Christo & S. S. p. 4. aliisq; in locis repetit. Et*

Cache-



*Cachesis major Racov. in hæc verba erumpit: Quoniam SPIRITUS SANCTUS virtus DEI est, hinc fieri, ut ea quæ DEI sunt, Spiritui S. attribuantur. Putant enim adversarij, quod ipsius proprium sit id virtuti & efficaciam eius jure merito transcribi, & DEO quidem propriè, illi autem, quod DEI est, figuratè.*

*CXIX. At Resp. puerilem committere adversarios petitionem principij, falsam ὑπόθεσιν toties ingeminando. Quomodo enim SPIRITUS SANCTUS verè sit & re-  
ctè dicatur DEI virtus & potentia, superius abundè declaratum est: Nimirum quod non sit nuda aliqua virtus ἐν εὐγενεῖ & accidentalis, à DEO ipso realiter distincta, sicut adversarij contendunt, sed virtus ὑποκειμένη & substantialis ejusdem cum DEO essentie, majestatis & potentie, quemadmodum ex appellationibus DEI & DOMINI, quæ nulli proprietati essentiali in Deo competunt, luce meridianâ clarius apparet.*

*CXX. Deindè non ita facilè eludi patimur evidentissima Sacre scripturæ oracula, ut dicatur, in illis figuratè & impropriè SPIRITUI S. tanquam virtuti DEI transcribi id, quod DEI est proprium: siquidem illa per se satis testantur, divinas actiones Spiritui S. propriè & per se competere, ut in progressu patebit. Etsi enim, cum virtus est accidens vel proprietas quædam finita & creata, id quod ipsius rei proprium est, impropriè virtuti ipsi tribuatur: Tamen, cum virtus est per se distinctè subsistens (qualis virtus est DEI Spiritus S. quæ & per se subsistit & agit, videt & audit, loquitur & annunciat,) etiam per se talis actio ei tribuitur, propter distinctam & peculiarem ejus subsistentiam.*

I.

Responsio  
κατὰ δει-  
ξιν τῆς τοῦ  
ἐν ἀρχῇ  
λαμβάνειν.

2.

καὶ ἐκὰ  
νόθων.

G

CXXI. Deniq;



3.  
καὶ ἀβου-  
ποφραγ.

CXXI. Deniq̄, quo minus ea, quæ de Spiritus S. operationibus divinis in scripturâ enunciantur, nuda alicui virtuti etiam per figuram transcribi possint, multa sunt, quæ impediunt. Nam ut alia silentio præteream, quo quæso sensu Spiritus S. dicitur mitti, dari, procedere, si nuda virtus est? Quo ore affirmabimus Spiritum S. esse nostrum sanctificatorem, consolatorem, & vivificantem, si nuda virtus est? Quâ fiducia in ipsum credemus, eumq̄, colemus & adorabimus, si nuda DEI virtus est? Et quæ sunt hujus generis similia. Est igitur Spiritus S. virtus DEI: sed per se, & quidem distinctè subsistens & agens, cumq̄, illius opera merè divina sint, eum verum DEUM esse, ex operibus DEO proprijs jure meritissimo colligitur.

1.  
Creatio.

CXXII. Atq̄, tale opus est I. Creatio, quæ nihil aliud est, quàm opus externum & indivisum solus DEI Elohim, quo sex dierum intervallo liberrimâ optimâq̄, suâ voluntate ex nihilo solo suo verbo, imperio & jussu, creavit omnes res extra se, ut infinita ipsius bonitas & sapientia manifestaretur. Hoc verò opus, quia soli, uni, vero ac omnipotenti Deo competit, juxta illud Esa. 45. v. 18. Ego JEHOVA faciens omnia, creans celos, stabiliens terram, & nullus mecum: Et verò etiam Spiritui Sancto, ut auctori tribuitur Gen. 1. v. 3. Ubi legitur, quòd Spiritus Dei incubando fovèrit molem illam, quam initio fecerit DOMINUS. Et Psal. 33. v. 8. dicitur: Verbo Domini celi firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis exercitus illorum, Unde etiam Hiob exclamat c. 33. v. 4. Spiritus Dei fecit me, & Spiraculum omnipotentis vivificavit me, consequens est, Spiritum S. esse verum & per essentiam Deum.

CXXIII. Quid



CXXIII. Quid verò ad hæc etiam Photiniani? Singulariter, inquit, Socinus in refut. VVieki & Bellarm. p. 494. non sine caula animadvertendum est, nusquam in sacris literis Spiritui sancto disertè tribui, quod quicquã creet, sed Dei Spiritu seu per Spiritũ fortasse res creatas dici tanquã videlicet instrumẽto seu per instrumentum. Et quia illi objici poterat locus ille Hiobi c. 33. v. 4. modò allegatus tanquam in quo contrarium inveniatur, statim excipit, non haberi ibidem loci Spiritus Domini creavit, sed fecit me: Deindè addit, non, ubicunq; Dei Spiritus nominetur, ibi SPIRITUM S. intelligendum esse.

CXXIV. Sed Resp. Neq; hoc quicquam jurare posse adversarios. Et si enim vel maxime hoc daverimus, non dici expressè in sacris literis, quod Spiritus S. creaverit aliquid, nihil tamen inde presidij consequentur, nam hoc saltem fateri necesse habent, quòd In Spiritu Hiob 26. v. 33. & Spiritu oris Dei Psal. 33. v. 6. Universa sunt condita. Ex quo non licet concludere, quòd tanquam instrumento Deus usus sit Spiritu Sancto in rerum omnium creatione: si enim Spiritus S. ex sententiã Photinianorũ est virtus aut proprietas in Deo, quomodo potest esse Dei instrumentum? Cum non sit quiddam ab agente diversum, quòd tamen ad instrumenti naturam requiritur. Ut taceam, quòd etiam in rebus creatis (Philosophis ita docentibus) vires & potentia substantijs superaddita, non per modum instrumenti, sed per modum cause principalis in suo genere ad agendum concurrant.

CXXV. Neq; verò particula per, quæ interdum de Spiritu S. usurpatur, semper causam instrumentalem denotat, siquidem illa non tantum de Filio & Spiritu

Exceptio  
F. Socini

Responsio

1. Per  
συγγώγη-  
σιν κατὰ ἡ.

I.  
καὶ Πηλί-  
μνησιν τῆς  
ἀλλολογίας.

3.  
καὶ ἐναι-  
ολογίαι  
per n non si-  
gnificat sem-  
per causam  
instrumenta-  
lem.



SANCTO: sed etiam de DEO Patre passim in scripturis usurpatur, ut 1. Cor. 1. v. 9. 1. & 2. Cor. 1. v. 1. Rom. 6. v. 4. Galat. 4. v. 7. & alijs in locis quàm plurimis. Cum igitur DEUM Patrem non possim dicere causam instrumentalem, & nihilominus particula per ipsi quoq; attributum legatur, illud luculentissimo argumento est, quòd hæc vox non semper instrumentum significet.

4.  
 να] ἐπι-  
 νόθ' θωον  
 τῆς συγ-  
 χωρησεως.

CXXXVI Deinde non simpliciter verum est quod dicit adversarius, nusquam in scripturâ SPIRITUI S. disertè tribui quòd aliquid creet. Nam vel ex uno illo Hiob. 33. v. 6. sufficienter refutari possët. Neq; obstat, quòd textus non habet verbum Creavit, sed tantum Fecit, siquidem notum est, hæc duo verba magnam inter se invicem habere cognationem, & sæpè in indiscriminatim usurpari, ut Joh. 1. v. 3. Coloss. 1. v. 16. & alibi. Et Hiobum ibidem loci non nisi de sui facturâ & formatione loqui ex verbis immediatè sequentibus satis evidēs est. Quòd autem per Spiritum Domini ibidem intelligatur Spiritus Sanctus, id tam diu cum piâ Antiquitate credimus, donec adversarius illius contrarium demonstret. Similiter ad id quòd volumus probandum, satis efficax est locus Gen. 1. v. 3. ubi expressè dicitur Spiritus Domini incubabat aquis.

De loco Jo-  
 bi 33. v. 6.

De loco Gen.  
 1. v. 3.

Exceptio  
 Goslavij.

CXXXVII. Sed excipit hic Goslavius parte 1. refut. Keckerm. p. 82. Ex hoc loco, inquit, quâ ratione aut quâ consequentiâ colligatur, Spiritum S. esse naturâ DEUM, non facile videre est. Imò ex eo evidentissimè contrarium apparet: Quòd enim est alicujus, id non est illud ipsum, cujus est propriâ locutione: Undè concludit, cum Spiritus S. dicatur Spiritus Domini, eum non esse ipsum Dominum.

CXXXVIII. Re-



CXXVIII. Respondeo per limitationem, quod est alicujus sc. ut pars eius rei, ad quam pertinet, illud non est ipsum. Jam autem SPIRITUS DEI est in Deo, non ut pars quaedam essentiae divinae, (in DEO enim, qui simplicissimus & indivisibilis est, nulla sunt partes) Ergo SPIRITUS S. potest esse illud ipsum, cujus est SPIRITUS, nimirum verus & essentialis DEUS.

CXXIX. Atqui instat, non continuo hic de Spiritu S. agitur, quia de Spiritu dicitur: Neq; enim omnis Spiritus est SPIRITUS SANCTUS.

CXXX. Resp. Planum hoc & evidens est ex ipso textu in loco praesenti sub voce SPIRITUS non intelligi Angelum DEI moventem se super aquas, ut voluit Cajetanus Cardinalis, quia moles primogenia à DEO ipso sustentata tali motore non indigebat: Neq; elementum ignis, ut placuit Francisco Valesio, quia ille totius naturae non tam conservator quam destructor est: Non aërem, ut alii dixerunt, quia & ille ante expansum secundâ demum die creatum nondû exstitit: Non ventû, ut vult Goslarovius, nam ille nihil aliud est, quam aër motus, sicut ergo aër tunc nondû fuit, ita nec ventus, & si fuisset, nullû ante segregationem totius molis usum habuisset, nec denique peculiarem DEI virtutem & efficaciam, veluti reliqui Photiniani contendunt, nam illa non per nomen Spiritus, sed per verbû incubabat significatur, ut taceam quod DEUS in creatione totius universi per simplicem nutum atq; jussum, nullâ ejusmodi virtute instrumentali, quam ipsi fingunt, opus habuit.

CXXXI. Intelligitur itaq; hoc loco ipse Spiritus Sanctus omnia suapte virtute & efficacîa creans & sustentans: Qui haud dubie idem est cum eo, de

Resp.  
 καὶ πρὸς δι-  
 εσμεν τῆς  
 πρὸ τῶν  
 αἰσ.

Instantia-

Resp.  
 καὶ ἀφαι-  
 εσθαι τῶν  
 εὐαγγελίων  
 Spiritus ibi  
 est non An-  
 gelus.  
 Non ignis.  
 Non aër.

Non ventus.

Non virtus  
 Dei.

Sed Spiritus  
 Sanctus.



Occupatio  
exceptionis.

quo dicitur, Psal. 33. v. 6. Verbo Domini caeli firmati sunt, & SPIRITU oris ejus omnis exercitus eorum. Vbi per SPIRITUM ORIS DEI non potest intelligi solum iussum & mandatum DEI: Velut iterum calumniantur adversarij: sed potius tertia Divinitatis persona: Quando n. SPIRITUS S. h. l. Spiritus oris DEI appellatur, eo ipso innuitur, illum esse ejusdem cum DEO essentiae, siquidem id, quod in DEO est, & ex ejus ore procedit, non est quiddam ἀλλότριον & accidentale: sed ei ἰσοῦσιον & essentialiale, cui etiam idcirco opera divina per naturam competunt.

2. Miraculorum  
parratio.

CXXXII. Tale opus divinum est, II. Miraculorum parratio, siquidem nemo naturam rerum immutare potest, nisi is solus, qui est naturae Dominus, & consequenter etiam verus DEUS. Talis autem miraculorum operatio Spiritui Sancto expressè tribuitur: Petrus n. Act. 10. v. 38. expressè dicit: JESUM Nazarenum idcirco unctum esse Spiritu S. ut circumiens in Judaea curationes miraculosas operaretur, & omnes oppressos à Diabolo sanaret. Quin imò Luc. 11. v. 20. CHRISTUS ipsemet fatetur, se digito DEI eicere Dæmonia, per quem etiam moyses coram Pharaone sua edidisse miracula scribitur, ipsis hostibus etiam maleficis ultrò id fatentibus, Exo. 8. v. 19. Quid autem Digiti divini nomine intelligendum sit, id Marth. 12. v. 28. planum redditur, dum Christus ait: si SPIRITU DEI eicio dæmonia, pervenit ad vos regnum DEI.

Exceptio  
Socini.

CXXXIII. Verum negat Socinus in Animadvers. p. 59. & 60. ex hac miraculorum effectione Spiritus Sancti divinitatem firmiter astrui. Scim9 enim, inquit, ijs personis, quamvis creatis, per quas DEUS aliquid operatur, easdem illas operationes in divinis literis passim



sim attribui, licet illæ Dei sint propriæ : Nam & ipsum servare, quod DEI omnino propriū est, mortalibus hominibus attributum legitur, ad eò ut Servatores quoque nominentur illi *Iud. 3. v. 9. 2. Reg. 13. v. 5. Nehem. 9. v. 27.*

CXXXIV. Resp. maximam esse in exemplis allatis diversitatem: Quamvis enim non negemus, homines etiam interdum divina miracula edidisse, illud tamen non fecerunt virtute propriâ & naturali, quemadmodum SPIRITUS SANCTUS omnia agit & operatur: sed virtute alienâ divinitus ipsis datâ & concessâ, qua & ipsa tamen miracula, ad SPIRITUM SANCTUM, tanquam causam horum operum principalem, tandem referenda sunt. Sicut & Salvatores illi Veteris T. non tam veri, quam typici, nec spirituales, sed temporales auxiliares fuerunt. Est igitur hoc etiam opus verè DEO proprium.

CXXXV. Tale opus est III. steriliū fœcundatio, quam solius divini virtutis opus esse in confesso est *Gen. 30. v. 20. Ps. 112. v. 9.* Cum autem & hac ad SPIRITUM. S. referatur, etenim & is efficaci suâ virtute & obumbratione perfecit, ut præter rerum & naturæ seriem virgo MARIA (illas à manente virginitate) non modò conceperit: sed etiam pepererit Unigenitum DEI Filium. *Matth. 1. v. 20. Luc. 1. v. 35.* Promtum est hinc colligere, SPIRITUM S. esse verum DEUM.

CXXXVI. Neque est quod dicant adversarii, Spiritum S. eius conceptionis non fuisse autorem, sed instrumentum, siquidem ut antea dictum fuit, nulla naturalis & essentialis DEI potentia (qualem Spiritū s. sibi imaginantur Photiniani) instrumenti rationem habere potest, sive illa in DEO, sive extra DEUM consideretur.

CXXXVII.

Resp.  
κτὶ θεῶν  
τῆς ἐπιε-  
γείας  
τῶν ἁγ-  
γέλων  
τῶν.

III. Steriliū  
fœcundatio  
& Christi  
conceptio.

Exceptio.  
Resp.  
κατὰ θε-  
ῶν, & ἀου-  
τῶν.



IV.  
Ministerij  
gubernatio.

CXXXVII. Tale opus divinum est IV. Suprema totius Sacro-sancti ministerij Ecclesiastici gubernatio, soli aliis DEO conveniens, quæ cū & ipsa SPIRITUS SANCTO disertis verbis assignetur Act. 13. v. 2. ubi SPIRITUS S. dixisse legitur, segregate mihi Barnabam & Paulam in opus, ad quod advocavi eos, & cap. 20. v. 28. dicitur idem SPIRITUS S. posuisse Episcopos ad docendam Ecclesiam DEI: Merito igitur etiam Sacro-sancti ministerij Institutor ac Dominus, adeoq; DEUS esse inde liquido agnoscitur.

Exceptio  
Socini.

Ad locum  
Act. 13. v. 2.

CXXXVIII. Detestanda autem hîc est illa Socini malitiâ & perversitas, quâ in depravatione horum illustrium Sacra scriptura testimoniorum uti non veretur. Nam ad primum locum Act. 13. v. 2. quod attinet, illi affingit adversarius: Extitisse vocem quandam, quam constiterit esse divinam, quoq; ipsa ista verba protulerit, nec dixerit præterea, Ego sum SPIRITUS SANCTUS, qui hæc vobis dico, adeo, ut idem isto in loco sit, SPIRITUS dixit, quod vox divinâ virtute extitit: Ita, ut relativum mihi & verbum Advocavi (pro quo vulgata latina editio habet assumpsi) ad eum referatur, cujus nomine extitit vox illa, nempe ad DEUM, seu magis, ad Christum cui à DEO Ecclesiæ cura demandata est.

1.  
Resp.  
na] è 26.  
be 10 u d.

CXXXIX. Verùm si Socinus huic Apostolorum congregationi interfuisset, & coram vocem illam audivisset, plus fort assè fidei ei haberemus; Cùm autem vanum tantum modo hoc rationis commentum sit, quod omni scripturae fundamento penitus destituitur, eadem igitur facilitate rejicitur, quâ asseritur. Imò evidentia textus contrarium prorsus demonstrat: Disertè enim ibi dicitur, quod



quod cum occupati essent Doctores Ecclesie Antiochena, in ministerio sacro, docendo, orando, jejunando, baptizando, & canam administrando, SPIRITUS SANCTUS vel immediatè revelatione, vel etiam per Prophetam aliquem, (fortasse per Agabum, qui illo tempore vixit,) mandaverit, ut Barnabas & Paulus ad convertendas Gentes dimitterentur: Ita, ut relativum mihi & verbum Advocavi utrobiq, ad SPIRITUM S. referatur, qui hujus missionis autor erat, sicuti colligitur ex vers. 4. Ubi Petrus & Barnabas ab eodem Spiritu S. emissi, ad gentes abiisse leguntur.

CXL. Neq; dictum illud classicum Act. 20. v. 23. fictà illà adversariorum Prosopopœiâ cluditur: Quasi Paulus, quod vel ipsemet vel CHRISTI fideles ejus nomine fecerant, Spiritum S. fecisse introduxerit, ut hac personæ fictione auditores suos fortius moveret: Etsi enim vocatio ad ministerium plerumq, fit mediatè per certas personas & Ecclesie patronos, illa tamen non immeritò Spiritui S. potissimum arroganda, & ad ipsum tanquam primum ministerij autorem referenda est, cujus hoc etiam opus proprium est.

CXLI. Tale opus divinum est V. Ipsiusmet Messie missio, quæ Spiritui S. assignatur Esa. 48. v. 16. Dominus Jehovah misit me & Spiritus ejus, quem locum de se accipiendum esse Christus ipsemet ostendit Joh. 18. v. 20. Hinc Spiritus sanctus etiam ungit Christum Es. 61. v. 1. Luc. 4. v. 18. ubi dicitur: Spiritus Domini super me, propterea, quod unxit me &c.

CXLII. Quamvis autem Socinus in Explicat. locor. de S. S. Num. 8. p. 110. ad hoc dictum respondeat:

H

Ver-

2.  
καὶ αὐτοὶ  
πρεσβυτέρων.  
textus.

Ad locum  
Act. 20. v. 28.

Responsio  
καὶ ἐπα-  
νέειθων.

V.  
Messia mis-  
sio, & unctio

Exceptio.  
ad locum.  
Luc 4. v. 18.



Responſio  
καὶ αὐτῶν  
ἐστὶν οὗ  
textus.

Vis consecu-  
tionis.

VI.  
Donorum ad  
ministerium  
collatio.  
Occupatio  
tacita obje-  
ctionis.

Verbum illud unxit, & similiter id, quod postea subjungitur misit, non ad *Spiritum*, sed ad Dominum referendū esse ibidē antea simul cum Spiritu nominatum, id quod ex *Esaia c. 61. v. 1.* unde hæc verba defumta sunt, probare contendit. Tamen *textus Evangelista contrarium* prorsus evincit, dum *Lucas id, quod Propheta simul de Jehova enunciat, manifestè ad Spiritum S. accommodat.* & illi opera omnia, quæ ibi recitantur, disertè transcribit. Hinc eundem cum potestate quādam in desertum agit, ut ibi tentetur à Diabolo, *Matth. 4. v. 1.* Quam sanè potestatem in Christum quā homo est, mittendi, ungenti & agendi nec haberet nec usurparet *SPIRITUS SANCTUS*, nisi *CHRISTO* (quatenus quidem homo est) esset præstantior. Si autem *SPIRITUS SANCTUS* *CHRISTO* homine est præstantior, & *Ne-Ariani* ipsimet fateantur, *CHRISTUM* hominem nihil præter *DEUM* antecellere, sequitur, Spiritum Sanctum necessariò Patri Filioq. æqualem. & proinde etiam cum Patre & Filio verum & essentialem Deum esse.

*CXLIII. Tale opus est VI Donorum ad ministerium necessariorum collatio.* Etsi enim nemo nescit Christum esse, qui Episcopos & Pastores in Ecclesia constituit, ut libenter concedimus: tamen ab hoc etiam divino opere non excluditur *SPIRITUS SANCTUS*: sed & ipse concurrat eadem causandi vi & efficacia. Nam hæc dona ex Spiritu S. esse, testis est omni exceptione major *CHRISTUS* ipse *Joh. 14. v. 26.* & *cap. 16. v. 13.* & *Lucas Actor. 2. v. 4.* testatur, *SPIRITUM SANCTUM* subito S. Apostolorum mentes ita colustrasse, ut in momento quasi omnium, quæ sub celo sunt,



sunt linguarum notitiam perceperint, etiam earum, quas antea ne quidem audierant, multoq; minus didicerant.

CXLIV. Tale est opus VII. Nostri regeneratio & renovatio, quam per Spiritum S. fieri testis est Christus Johan. 3. v. 5. Et Paulus Rom 7. v. 6. Iustificatio, de qua 1. Cor. 6. v. 11. scriptum extat: *Iustificati estis per nomen Domini JESU & per SPIRITUM DEI nostri.* Confolatio intentionibus Rom. 8. v. 16. Salvatio Tit. 3. v. 5. & qua sunt hujus generis infinita alia opera admiranda, qua Spiritum sanctum Patri Filioq; consubstantialem Deum esse ostendunt.

Sic enim contra Ne-Arianos concludimus:

Quicumq; nos suo nomine regenerat & salvat, is est verus Deus.

Atqui Spiritus S. nos suo nomine, virtute & efficaciam regenerat & salvat.

Ergo SPIRITUS SANCTUS est verus Deus.

CXLV. Nihil itaq; agit Moscorovius, dum ex eo, quod regenerat & salvat negat effici Spiritum S. esse DEUM: Cum dici possit, SPIRITUM S. efficere, quod Deus per eum perficit: *Nos enim non simpliciter, quod Spiritus S. regeneret & salvet, sed quod nomine suo nos regeneret & salvet concludimus Spiritum S. esse Deum.* Non enim in nomine alicujus aliquid fieri dicitur, nisi ille principalis illius operationis causa sit. Et hinc igitur evincitur aeterna Spiritus Sancti Deitas. Atq; haec etiam est quarta classis.

QVINTA CLASSIS ARGUMENTORUM  
petita a divinis honoribus in Spiritum S. collatis.

H 2

CXLVI. Quin-

7.  
Regeneratio  
Iustificatio  
confolatio  
salvatio &c.

ἀποδείξις.

Exceptio.  
Moscorovij.

Responsio  
να) ἐπι-  
νόησαν  
ἡς ἀκολο-  
θίας.



V. Classis argum. Cultus divini.

Ἐπιθεσις generalis.

Major Prob.

Miner.

1.  
Honor adorationis.

CXLVI. Quinta & ultima classis probationum Divinitatem SPIRITUS SANCTI solidè astruentium, ea sibi loca & argumenta vendicat, quæ à religioso ipsius cultu ducuntur, & hæc classis tale nobis argumentum planè inconcussum suppeditat.

Cuicumq; honor divinus primò & per se tribuitur ac tribui jubetur, is verus est Deus.

Atqui Spiritui S. divinus cultus tribuitur ac tribui jubetur.

Ergò Spiritus Sanctus est verus Deus.

Major Ἐπιθεσις nostræ διαρρίδεν & ἀνταλεξεί habetur Es. 42. v. 8. Matth. 4. v. 10.

Assumptum probamus quinq; latriæ cultibus, quorum singuli & universi Spiritum Sanctum verum DEUM esse demonstrant.

CXLVII. Primus & quidem summus latriæ cultus, qui SPIRITUI S. tribuitur est cultus religiosæ adorationis, siquidem & Angeli sanctissimi eum religiosâ veneratione prosequuntur, quod δοξολογία ipsorum cælestis per irrefutabilem consequentiâ satis demonstrat, Esa. 6. v. 3. 5. & 6. dum in suo Τερασιγίῳ ipsi accinunt Sanctus, Sanctus, Sanctus DOMINUS DEUS Zebaoth, ternâ hæc acclamatione procul dubio mysteriū Sacrosanctæ TRINITATIS innuentes, id quod etiam ex allegatione Apostolicâ Act. 28. v. 25. haud obscurum est. Et nos ipsum religiosæ adorationis cultu eundem prosequi jubemur 1. Cor. 6. v. 28. 2. Cor. 13. v. 13. Apoc. 1. v. 4. Sic ergo inde colligimus:

Cuicumq; adoratur non solum ab Angelis: sed



sed etiam ab hominibus adorationis cultu prosequendus est, is est verus DEUS.

SPIRITUS SANCTUS non solum adoratur ab Angelis, sed etiam ab hominibus adorari iubetur.

Ergo SPIRITUS SANCTUS est verus DEUS.

CXLVIII. Quod autem CHRISTUS (simsent adversarij) ubiq; solum Patrem invocaverit, eundemq; invocari voluerit, non autem SPIRITUM SANCTUM, eo ipso, cultum religiose hujus adorationis sibi & Spiritui Sancto minime derogat: sed ideò preces suas ad Patrem potissimum dirigit, quia orabat ut Mediator, Mediator autem erat inter nos & Patrem: Omnia igitur ad Patris, à quo in mundum missus erat, gloriam unice referre & debuit & voluit, ut infra hac de re in Responsionibus ad argumenta Photinianorum pluribus audiemus

CXLIX. Secundus honor & cultus, qui Spiritui Sancto tribuitur, est honor baptismi, quod in nomen eius eque ac in nomen Patris & Filij baptizemur, juxta formulam à Christo ipso prescriptam Matth. 28. v. 19. Baptizate eos, inquit, in Nomine Patris, & Filij & SPIRITUS SANCTI. Iam verò promptum est hinc colligere:

In quemcunq; baptizamur, is est verus DEUS.

In Spiritum S. baptizamur..

Ergo Spiritus S. est verus DEUS.

Majorem possumus probare ex illo Petri I. Cap. 3. v. 21. Ubi disertè asserit, baptismum esse sœdus bonæ conscientia cum DEO initum: sed in baptismo sœdus inimus cum

δοτο δειξις.  
Specialis.

Exceptio.

Resp.  
χρ̄̄ δειξις  
παι εγλο-  
γισοῡς &  
αϊτις.

2. Honor  
baptismi.

δοτο δειξις.



SPIRITU SANCTO. Ergò SPIRITUS SANCTUS est ille DEUS, quo cum fœdus certum sancitur.

Exceptio ad  
majorē Syllo.  
propositi.

CL. Sed quid ad hæc Photiniani? Majorem hujus syllogismi negant. Sic enim habetur in Catech. Racov. p. 39. legimus in scripturis, Israelitas baptizatos fuisse in Moïsen, 1. Cor. 10. v. 7. Et quosdam discipulos in baptismū Johannis Act. 19. v. 7. licet nec Moïses DEUS sit, nec Baptisma Johannis persona, nedum DEUS. Et Moscorovius in Tract. de Bapt. Falsissimum esse, inquit, non posse nos, nisi in nomine solius DEI, baptizari, adducitque exempla Rom. 6. v. 3 Vbi in mortem CHRISTI dicimur baptizati, & 1. Cor. 10. v. 1. & 2. ubi Israelitæ in nube & mari baptizati legantur.

Resp.  
Καὶ ἡ Φαί  
ρεσις τῶν  
ἐστὶν ἑγγύς  
τῶν.

CLI. Veram Resp. Exempla allegata prorsus esse impertinentia. Non enim questio est, an quemcunq; baptismum in solius DEI nomine fieri oporteat, quod nemo facile affirmaverit, quemadmodum enim varia sunt baptismatum genera, ita varij sunt illi, quorum nomine fieri illa baptismata possunt. Sic Israelitæ dicuntur baptizati in moïsen tanq; administrum DEI ad ipsos, in mari & nube tanquam signa miraculosa divine presentia: Discipuli ephesini tantum sciebant baptisma, id est, doctrinā & ministerium Johannis. In mortem autem CHRISTI baptizamur, quatenus DEUS beneficia mortis CHRISTI per baptismum aque nobis confert & obsignat, & nos resipulamur fidem tantorum beneficiorum, & mortificationem peccati, virtute meriti Christi.

CLII. De tali baptismo vel simili ratione baptizandi hoc in loco non agitur: sed de baptismo aque à CHRIS-

STO



STO ordinato, quatenus is ratione sua forme & primæ institutionis consideratur. Hunc baptismum in nullius nisi DEI nomine fieri posse contendimus, cuius nostræ assertionis ratio evidens est: Quia baptismus aque fit in remissionem peccatorum & salutem æternam, non potest igitur nisi in eius nomine fieri, qui est salutis nostræ primæ & summa causa, cumq; salutis nostræ summa causa nemo possit esse alius, nisi solus DEUS, non potest baptismus etiam in rublius nomine, præter DEI nomen conferri: Quia verò idem baptismus in nomine Spiritus S. perficitur, necessario inde sequitur, Spiritum S. esse verum DEUM salutis nostræ autorem & consummatorem unicum.

Baptismus Christi non nisi in DEI nomine confertur.

CLIII. Sed instat Moscorovius ibidem, dum quis ad eundem effectum cum DEO concurrat, & simul cum eo nominatur, non illicò sequitur, cum aut esse Deū, aut ejusdē cū DEO virtutis & potentia.

Instantia Moscorovij.

CLIV. Resp. Nemo nostrum est usq; adeo absurdus, ut ita colligat, Spiritum S. DEUM esse, non simpliciter ex eo probamus, quod eundem cū DEO effectum operatur, aut quod simul cū DEO nominatur: scim⁹ n. posse homines cū DEO simul nominari, ut Ex. 14. v. 31. Act. 15. v. 28. Scimus posse homines cum DEO ad unū idemq; opus efficiendum concurrere, licet non pari virtute & potestate: sed vis & nervus argumenti nostri in eo consistit, quod cū aque in SPIRITUS S. nomine baptizemur, quàm in nomine Patris & Filij omnino necesse sit SPIRITUM S. aque esse DEUM, ac Patrem & Filium, pari virtute & potestate ad nos regenerandos præditum.

Resp. καὶ ἐπα-  
νέβησαν  
τὸν λέγο-  
μένον.

CLV. Is enim in cuius nomine baptizamur, non est instrumentalis aut ministerialis causa nostræ salutis, sed principalis & præcipua. Instrumentum enim non suo, sed superioris virtute agit, & minister quatenus talis

Is in cuius nomine baptizamur non est causa instrumentalis



*\* alius, non suo: sed superioris nomine facit, quicquid facit. Ideoq; in nullius hominis sed in solius DEI nomine baptismus conferri potest. & per consequens, cum in nomine Spiritus S. baptizemur, relinquitur ipsum esse DEUM, cui soli hic honor proprius est.*

3. Honor jurament.

Occupatio exceptionis. Non nisi per Deum jurare licet.

Deo dei, is, adversariis opposita.

4. Honor fidei.

CLVI. Tertius Cultus, qui Spiritui Sancto, tribuitur, & manifestum sive luculentum Divinitatis ipsius argumentum est, est ille, quod in ipsius nomine jurare liceat. Cum enim juramentum sit species invocationis DEI, & pars cultus divini, patet non per ullum hominem, nec per aliam creaturam, ut adversariis videtur, sed per solius DEI nomen jurandum esse. Nec obscura est huius rei ratio ex fine deducta, jurejurando enim invocatur DEUS, ut sit testis de occulta mente & corde jurantis, at testis hic esse nemo potest alius, nisi DEUS, qui solus est  $\alpha\epsilon\delta\iota\omicron\gamma\omega\sigma\eta\varsigma$ , unde rursus luculentum Divinitatis testimonium emergit. Sic enim argumentamur.

CLVII. Per quem jurare licet, is est verus DEUS. Nam Deut. 6. v. 13. dicitur, quod per solius DEI nomen jurare liceat.

Atqui per SPIRITUM SANCTUM jurare licet.

Ergo SPIRITUS SANCTUS est verus DEUS, Minor probatur exemplo Pauli, qui sanè per Spiritum Sanctum conscientiae suae testem & scrutatorem jurat. Rom. 9. v. 1. inquit: Veritatem dico in CHRISTO JESU, non mentior testimonium mihi perhibente conscientia meâ in Spiritu Sancto.

CLVIII. Quartus honor est honor fidei, siquidem ipsimet in Symbolo nostro Apostolico credere nos profitemur IN SPIRITUM SANCTUM, qui sanè cultus  
pro



pro astruendâ Divinitate ipsius tale nobis argumentum suggerit:

Is, in quem credimus, est verus DEUS, Nam Jerem. 17. v. 5. & 7. jubemur omnem fiduciam collocare in DEUM.

Atqui in Spiritum S. credimus,

Ergo SPIRITUS. S. est verus DEUS.

CLIX. Sed contra hoc iterum insurgunt adversarij, imprimis Socinus, qui in Animadvers. ad Assert. 14. colleg. Posuan. p. 61. & 62. Sciendum est, inquit, non modo in ipsis sacris literis, sed ne in symbolo quidem, quod Apostolorum vocatur, aliquid de fide in Spiritum S. dictum fuisse. Neq; enim credo in SPIRITUM S. sed credo SPIRITUM S. omninò legendum in eo esse, præter alia multa ipsa sermonis ratio aperte docet. Aliter enim in ea omnia, quæ consequuntur, & sic in ipsam carnis resurrectionem similiter credendum esse decretum in eo fuisset, quo quid absurdius dici potest? Hæc ille. Idem ferme habet Moscorovius in Tract. de Bapt.

CLX. Verùm non est, quod Socinus vel idè nostras Ecclesiis absurditatum insimulet, ipse interim homo absurdissimus. Oppositum enim est hoc argumentum ipsi literæ symboli Apostolici, in quo nec legitur, nec legendum est Credo Spiritum S. : sed credo in Spiritum S. quo ipso Spiritus S. Divinitas quàm firmissimè astruitur. Non enim dicimur absolute credere in aliquem, nisi omnem in eo ponendo fiduciam, tanquam in bonorum omnium autorem & largitorem, qualis solus Deus est.

CLXI. Frivola autem profus est illa Adversarij ratio, quæ vult ostendere legendum esse credo

Ἰσοδότης.

Exceptio  
Socini.

Resp.  
καὶ δειξὶν  
τὸ ψεύδος.

Excussio  
rationis  
objectæ.

I

Spi-



SPÍRITUM S, Non verò Credo in SPÍRITUM  
SANCTUM, quasi aliàs necessarium sit etiam in car-  
nis resurrectionem & alia quæ in tertia illa & ul-  
tima Symboli Apostolici parte habentur, similiter  
credere.

Responso  
narrati di-  
n. 107  
objectorum  
fidei,  
alia sunt ob-  
jecta notitiæ,  
alia fiducia.

CLXII. Hoc enim rursus præter & contra omnem  
scripturam & rationem nudè asseritur. Nam distin-  
guere debebat inter objecta fidei, quorum alia sunt  
notitiæ, alia fiduciæ: Utriq; enim objectorum generi  
aliter atq; aliter verbum credere accommodatur. Ob-  
jecta notitiæ nudè credimus, Objecta fiduciæ ita ap-  
prehendimus, ut omnem simul spem nostram in illis collo-  
cemus, ita in tertio symboli nostri Apostolici articulo Spi-  
ritus S. est objectum fiduciæ, Ideo rectè dicitur, Cre-  
dimus in SPÍRITUM SANCTUM, tanquam in  
salutis nostre autorem & perfectorem: Reliqua que  
ibi adjiciuntur, ut Ecclesia catholica, carnis resurrectio  
&c. Sunt objecta solius notitiæ, ideoq; rectè dicitur:  
Credo resurrectionem mortuorum, non autem in resur-  
rectionem mortuorum, quia nudè saltè illam certo con-  
secuturam nobis pollicemur, non autem fiduciam nostram  
in hac nudà notitià collocamus.

5.  
Honor maje-  
statis divinæ  
que per Bla-  
spemiam  
leditur.

CLXIII. Quintus honor & Patriæ cultus est quod  
Salvator ipse hanc divinæ Majestatis gloriam ipsi  
ascribat, Matth. 12. v. 31. Marc. 3. v. 29. Luc. 12. v. 10.  
peculiaris cujusquam blasphemix in SPÍRITUM S.  
mentionem faciens, eamq; neq; in hoc, neq; in altero  
seculo remitti posse pronuncians: Cum autem soli DEO  
peccetur, teste Regio Psalmistâ Ps. 51. v. 2. Velex hoc sa-  
cro sancta Spiritus S. Majestas & divinitas luce meri-  
diana clarius cernitur.

CLXIV. Verum



CLXIV. Verum hic quoq; furit Spiritus Photinianus, sicenim & h. l. Socinus regerit in Explicat. locor. de Spiritu S. pag. 131. 132. 133. quod dicitur in DEUM tantum peccari, id nimis aperte falsum est, cum scriptum inveniatur *Matth. 18. v. 15.* Si peccaverit in te frater tuus, & rursus; neq; in legem neq; in templum neq; in Cæsarem peccavi, *Act. 25. v. 8.* Et rursus, qui scortatur, in proprium corpus peccat, *1. Cor. 6. v. 18.* Igitur ex eo, quod peccetur in Spiritum Sanctum, non sequitur Spiritum S. esse DEUM, nisi etiam eadem ratione concludere velimus, quemlibet fratrem nostrum, & legem & templum & Cæsarem, & deniq; unius cuiusq; corpus esse Deum.

Exceptio  
Socini.

CLXV. Sed crassum in Φιλολογίας Elenchum h. l. committit adversarius non distinguendo peccatorum objecta propria, & impropria, primaria & secundaria. Primò & proprie loquendo non nisi in solum DEUM peccatur. Is enim solus est summum bonum & omnis rectitudinis norma atq; regula, ab eà quicquid discedit, eo ipso peccatum est, & primò norme repugnans. In creaturas autem improprie saltem & per accidens delinquitur, quatenus ille de hoc bonitatis fonte suo modo gradu & ordine participant.

Responsio  
κατὰ τὴν δει-  
ξιν τῆς ἀμ-  
Φιλολογίας  
αὐτῆς ἐν πρῶτῃ  
πεccare in  
aliquem.

CLXVI. Cum igitur in Spiritum S. quoq; primò & principaliter peccetur, & quidem tam graviter, ut etiam peccatum in ipsum admissum nunquam remittatur, neq; in hoc neq; in futuro seculo, *Matth. 12. v. 31.* Infinitum bonum Spiritum S. esse, necesse est, cuius lesione tantus reatus contrahitur, id quod in exemplis allegatis locum non habet. Relinquitur igitur, Spiritum s.



utpote in quem tanquam creatorem & conservatorem totius universi omnis contumelia primò redundat, esse veram Deum, Patri atq; Filio consubstantialem.

Et hac etiam de quintâ classe & quidem de primâ Questionis nostræ parte, videlicet de ipsâ Deitate Spiritus Sancti dicta sufficiant.

PARS ALTERA CONTROVERSIE PHOTINIANÆ de Personali Spiritus sancti existentia.

¶ I. Pars  
De personali-  
tate Spi-  
ritus S.

CLXVII. Absolutâ igitur οὐκ ἴσθῆσως nostræ proposi-  
tæ parte priori, & quidem ἐν ἡσέει, jam ad alteram & pos-  
teriorem partem accessum facimus, videlicet eorum ar-  
gumentorum tractationem, quibus contra omnes Ne-A-  
rianos probatum reddere possumus, Spiritum Sanctum  
non per modum qualitatis esse DEUM, id est, non esse ali-  
quam virtutum DEI, multoq; minus accidens aliquod:  
sed esse verum ὁμοῦ μὲν, veramq; personam, personali  
quidem proprietate à Patre & Filio distinctam, ejusdem  
tamen cum Patre & Filio essentiæ, gloriæ, majestatis ac  
potentiæ.

Occupatio  
objectionis  
contra Me-  
thodum.

CLXVIII. Ne verò initio statim idem nobis objiciatur,  
quod Smalcus urget in disputatione contra D. Gravver.  
p. 6. quasi ordine præpòterò ageremus, prius n. proban-  
dam esse personalitatem, quàm probetur ipsa  
Spiritus S. Deitas, istam ordinis & methodi nostræ rati-  
onem damus, quòd hoc ipsum ordo naturæ quasi jure quo-  
dam à nobis requirere videatur. Falsissimum enim est,  
quod præcendit adversarius, probatâ personalitate, pro-  
bari etiam Divinitatem, siquidem persona potest esse, que  
tamen non statim est divina persona, id quod alijs in locis  
ipsimet Sociniani, qui hac in parte smalcio contradicunt,  
ulterò fateri coguntur.

CLXIX. Pri-



CLXIX. Priusquam autem ad rem ipsam accedimus de  $\epsilon\iota\omega\omega\upsilon\upsilon\lambda\alpha$  vocis persone obiter & hoc notandum est, Personam in hoc Trinitatis Sacrosanctæ mysterio non esse substantiam ab essentiâ divinâ divisam: sed esse ipsissimam divinam essentiam, certâ tamen & personali proprietate, quasi ex communi in singulare & τὸ δὲ π̄i contractam, & ut Scholastici loquuntur, in dividuatam.

$\epsilon\iota\omega\omega\upsilon\upsilon\lambda\alpha$   
vocis perso-  
ne excipitur

CLXX. Etenim essentia divina, si per sese sine talibus proprietatibus personalibus consideretur, nomen simplicis essentiae retinet, & ita ex aequo de omnibus tribus personis predicatur, si verò personalibus proprietatibus individuata & distincta ponatur, ipsas constituit personas, & nomen  $\epsilon\iota\omega\omega\upsilon\upsilon\lambda\alpha$  sive persona suscipit.

CLXXI. Hujus  $\epsilon\iota\omega\omega\upsilon\upsilon\lambda\alpha$  primum fundamentum, quod personam Spiritus Sancti constituit, & à reliquis Divinitatis personis realiter discernit est aeterna illa SPIRITUS SANCTI à Patre & Filio per aeternam illam spirationē interna & característica ejus proprietates, de qua Christus loquitur Joh. 15. v. 26. quando ait: Cum venerit paracletus, qui à Patre procedit, ille de me testificabitur.

Fundamētū  
personalita-  
tis S. S.  
1. Processio  
aeterna à P.  
& Filio.

CLXXII. Verum contra hunc locum excipit Soci-  
nus in explicat: locorum de S. S. p. 113. Quamvis ij, qui Spiritum Sanctum ipsum DEUM esse statuunt, quales sunt Evangelici omnes & Papistæ, putant inde intelligi formam (ut ita loquar) personalitatis, ejus tamen contrarium sine dubio potius inde probatur, neq; enim naturaliter persona à personâ, perpetuò aut indefinenter, aut etiam sæpè & subindè procedere seu emanare potest: qualem certum est processionem istam Spiritus s. à Patre Christi esse, id, quod etiam indicat verbum ipsum presentis tē-

Exceptio  
Socini.



pōris procedit. Res n. à personis ratione ista emanant, Ut habetur Mat. 7. v. 15 ubi idem est verbum, quod in loco isto Joh. 15. v. 26. Idem habet Smalcius in refut. thesum D. Graueri de S. S. p. 17.

1. Resp.  
κτ̄ δια-  
κ̄σιον  
processionis  
physica &  
hyperphysi-  
ca.

CLXXIII. Resp. Confundit adversarius processionem SPIRITUS S. quæ fit per modum simplicis spirationis à Patre & Filio, cum processione illa physica & temporali, quæ per modum generationis, aut alius cuiusdam transmutationis in rebus naturalibus perficitur. Naturaliter quidem & secundum ordinem semel à DEO institutum, una persona ab altera perpetuo & indefinenter aut etiam subinde procedere, seu emanare non potest, quod facile largimur, alia autem ratio est hyperphysica & supernaturalis illius emanationis, quæ Spiritus Sanctus uno actu indivisibili, & eterno, qui temporis intervallis & differentiis nullo modo est obnoxius, à Patre & Filio egreditur.

2. κτ̄ δεξ̄  
& ψευδ̄ς

CLXXIV. Neg. etiam simpliciter verum est, quod dicit adversarius, res à personis ratione ista emanare, non autem personas à personis: contrarium enim vel in rebus naturalibus deprehendi, cuius patet ad oculum. Quemadmodum enim in divinis SPIRITUS SANCTUS à Patre & Filio procedit per modum simplicis spirationis, ita etiam in humanis Filius à Patre tanquam una persona ab altera emanat, per modum naturalis generationis. Et quantumvis verbum κ̄νοεσις est Matth. 15. v. 18. & alibi in describenda rerum emanatione adhiberi consuevit, illud ipsum tamen aliàs quoq; de proprie dicta hominum, imo etiam metaphoricà in animatorum generatione. Judic. 8. v. 30. Job. 38. v. 29. nec non de verà personarum egressione usurpatur Matth. 17. v. 21. Et c. 20. v. 29. Marc. 1. v. 5. c. 10. v. 16. Luc. 3. v. 7. etc. Nihil igitur obstat, quo minus



nus similiter de personis usurpatum illud dicamus in loco presenti Joh. 15. v. 26.

CLXXV. Idem probat definitio personæ, quæ rectissime vulgò definitur, quod sit subsistens individuum, vivum, intelligens, proprietatibus incommunicabilibus ab aliis individuis differens.

CLXXVI. Esse autem Spiritum S. ejusmodi ὁμοιωσις μυσθων, id est personam ἰσοπεποιτων in ipsa Deitatis ἁγια subsistentem, velex eo constat, quod sacrarum literarum oracula de SPIRITU SANCTO verba facientia ei passim talia tribuant & ascribant, quæ subsistentiæ vivæ intelligenti volenti agenti & per se subsistenti tantum competunt.

CLXXVII. Cujus generis sunt existentia, vita, intelligentia, omniscientia, voluntas, sive voluntaria donorum distributio, potentia & id genus plurima alia, quæ non nisi personæ propriè competere possunt. Ex quibus omnibus talem Syllogismum extruimus.

Cuiuscunque tribuntur ea omnia, quæ solis rebus per se subsistentibus, quæ sub ratione personæ concipiuntur, conveniunt, id meritò personæ nomine indigitatur, verumque erit ὁμοιωσις μυσθων.

Atqui SPIRITUI SANCTO tribuntur isthæc omnia, quæ solis rebus subsistentibus tribui solent.

Ergo SPIRITUS SANCTUS verum erit ὁμοιωσις μυσθων veraq; personæ.

Minor probatur I. Tribuitur ipsi speculæris existentia, quia scriptura passim de Patre Filio & S. S. loquens tria, distincta ὁμοιωσις μυσθων nota. & singulis talia ascribit, quæ subsistentiæ vivæ & per se subsistenti tantum competunt.

II. Tri-

Definitio personæ.

2. Fund. proprietates personales S. S. attributa.

Enumeratio proprietatum personarum.

ὁμοιωσις μυσθων.

Probatio minoris ἐπιμακτιν. I. Existentiæ



2. Vita.

II. Tribuitur ipsi vita, & quidem tam subjectivè, aliàs enim in primâ rerum omnium ex nihilo productione aquis incubare non potuisset, Gen. 1. v. 2. quàm effectivè, est enim autor vitæ & animalis Joh. 33. v. 4. Et Spirituales Joh. 3. v. 5. Rom. 8. v. 2.

3. Intelligentia.

III. Tribuitur ipsi omniscientia aut intelligentia, dicitur enim scrutari DEI profunditates, Sap. 7. v. 22, 1. Cor. 2. v. 10.

4. Voluntas.

IV. Voluntas, distribuit enim dona prout vult, 1. Cor. 12. v. 11.

5. Potentia.

V. Potentia, Esa. 11. v. 2. Et quæ sunt hujus generis alia, ex quibus necessariò sequitur, Spiritum Sanctum esse verum ὁ Φιςτι μενον, veramq; personam in essentia divinâ subsistentem.

Exceptio Sorini.

CLXXVIII. Atqui hic iterum Photiniani præter & contra omnem Scripturam obgannunt: Tunc cum SPIRITUI SANCTO ea tribuuntur, quæ personæ & simul ipsius DEI propria sunt, nihil aliud intelligendum nomine SPIRITUS SANCTI esse, quàm ipsam DEUM Spiritu suo, id est, virtute & efficaciam suam agentem atque operantem, Socinus in refut. Vieki & Bellarm. p. 488. Item Catech. Racov. cap. 6. p. 215.

Responsio Κας ἀπονησιν ob petitionem principij.

CLXXIX. Verum rursus respondeo ad hoc cavillum per simplicem ἀενησιν sive negationem, si enim tam facile id, quod dicunt, probarent adversarij, quàm facile ex renata commentum inveniunt, jam dudum palmam obtinuissent: sed & hic illos deficit probatio. Si maxime etiam concederemus, fieri posse, ut vocabulum Spiritus DEI alicubi pro ipso DEO usurpetur, illud tamen ijs in locis, quæ de SPIRITU SANCTO, tanquam tertiâ divinitatis perso-



personā exponitur & interpretatur, usu venire posse  
διποσωος negamus.

CLXXX. Etenim non quovis modo tribuuntur Spi-  
ritui Sancto he personarum proprietates: sed tanquam  
distincta à Patre & Filio persona. Nam qui mittitur, da-  
tur, procedit ab aliquo, non est is ipse à quo mittitur, da-  
tur, procedit. Atqui Spiritus S. dicitur à Patre dari,  
mitti, procedere. Ergò Spiritus S. à Patre distinctus est.

CLXXXI. Deinde de Spiritu S. hoc enunciatur, quòd  
solus sciat, que sint DEI, quòd scrutetur profunda DEI  
1. Cor. 2. v. 10. quòd à Christo accipiat omnia Joh. 15. v. 10.  
quòd non loquatur à semetipso: sed audita loquatur &  
annunciet Joh. 16. v. 14. Que omnia de Patre similiter  
non possunt intelligi. Nam Pater nihil accipit à Filio,  
non audit, nec loquitur à filio: sed à semet ipso agit,  
audit, loquitur, ut infra quoq; dicitur. Tandem,  
quia in multis scriptura dictis distincta Spiritus S. men-  
tio fit, ut Joh. 16. v. 13. 1. Joh. 5. v. 7. 2. Cor. 13. v. 13. Non nisi  
inepte singula ad Patrem solum referuntur.

CLXXXII. Quòd ipsum edoctrurus Christus Salvator  
noster, se paraclatum alium (quippe à se & Patre distin-  
ctam ἑτέρου) missurum promittit Joh. 14. v. 16. inqui-  
ens: Rogabo Patrem & aliū Paraclatum mittet vobis.  
Quo etiam sine dubio Sacrosancta scriptura respicit,  
quoties in textu græco neutro (ἡνδραλή ἀνδρῶν) statim re-  
lativum masculini generis subjicit, ut Joh. 16. v. 26. Pater  
in nomine meo mittet vobis πνεύμα ἄγιον, ἑτέρον (non  
ἕτερον) docebit vos omnia, & Ephes. 1. v. 13. 14. Obsi-  
gnati estis πνεύμα ἀγίον ὅς (non ὃ) ἑτερον ἀρραβῶν &c.

CLXXXIII. Ut ut autem hoc nostrum argumentum  
satis per se firmum sit & immotum, eo tamen nihil ob-

Rationes  
negationis.  
I.

II.

III.

3. Fund. per-  
sonalis di-  
stinctio à P.  
& F.

Exceptio  
Smalcj.

K

stante,



stante, illud quoq; *Sinonia* plane arte impugnare ausus est *Smalcus* in *refut. thes. D. Gravverii* p. 16. Nam, inquit, vox *alius* non ad denotandam personam, sed aliud quid, quod Apostolis ad futurum loco Christi erat, addita est, quâ licet figuratâ locutione, multò rectiùs & elegantius id, quod res est exprimitur. Hoc modo loquendi posset pater à filiis suis pariter res suas curantibus discessurus dicere illis, fore ut nisi res suas curent, *alius* magister veniat, *paupertas* scilicet. eos docturus, quomodo se gerere debeant. Quâ eâdem figurâ etiam masculinum *ἐν εἰ* & voci neutri generis (*ἐν ἰσὺ*) adjungi posse omninò existimat.

Responso  
κατὰ δὲ  
ξίω τὸ  
ἐν ἀρχῇ  
λαβείν.

2.  
κατὰ τοὺς  
χρῆσιν  
secundum  
quid.

CLXXXIV. Resp. autem rectissimè, argumentum hoc ex falsa hypothese procedere, ac proinde *Smalcium* turpiter hic petere principium. Quod enim dicit: Per vocem *alius* non denotari hoc in loco personam: sed aliud quiddam figuratâ locutione, id tantum dicit: sed nullo apice vel probat vel probare potest. Quocirca, uti semper facilius querere quàm respondere, destruere quàm construere, etiam ordine dispositam implicare quàm explicare: Sic quoq; *Smalcus* & alius horum stultorum unus, plus querere, destruere, intricare scit, falsa ejusmodi hypothese præsuppositâ, quàm decem sapientes & orthodoxi respondere, extruere & extricare possunt. Deinde per *Prosopopajan* paupertatem tantquam alium quendam magistrum introduci posse, non equidem inficiamur, rationem autem applicationis ad locum præsentem nullam deprehendimus: in exemplo enim allegato figuram nemo non perspicit, in loco autem *Johannis* nullum hujus *Prosopopajas* vestigium nullumq;



nullumq; male causæ præsidium apparet. Tertio particulam alius hic non figuratè rem aliquam, sed propriè personam denotare, id ex ipsis CHRISTI verbis planum est: Nam ibi in uno continuo contextu, qui se divellit nullo modo patitur, alium illum Paracletum in eodem divino opere secum & cum Patre tanquam alijs duabus personis conjungit, & similiter prorsus de Spiritu S. ac de se & Patre loquitur, eiq; talia assignat, quæ non nisi veræ personæ competunt. Sicut igitur Pater & Filius sunt personæ per se subsistentes: ita & Spiritus Sanctus.

CLXXXV. Quòd verò addit adversarius ex eo, quòd loco SPIRITUS SANCTI, quæ vox in græco neutrius generis, ponitur masculinum ἐν αὐτῷ, non colligi personam, sed eadem sermonis figura, quâ Spiritus S. dici potest alius, per nomen etiam masculinum eundem describi posse: in eo similiter petit principium: Nam ex toto capite 14. 15. & 16. Johannis evidenter constat, quòd vocabulum hoc toties repetitum distinctam personam, & quidem propriè significet, siquidem eo modo, quo de veris personis, puta de Apostolis ibi dicitur, quòd testificatur sint de Christo, eodem inquam modo illud ipsum etiam Spiritui Sancto attributum legitur, est igitur Spiritus S. vera Divinitatis personæ.

CLXXXVI. Idem confirmat rerum omnium creatio, per quem enim omnia sunt condita, & per quem cuncta subsistunt, is per se subsistat necesse est. Sed per Spiritum S. una cum Patre & Filio omnia sunt condita & cuncta subsistunt Genes. 1. vers. 2. Psal. 33. v. 6. Job. 33. v. 4. Esaia 45. v. 18. Ergo

κατὰ θε-  
εαίωσιν  
vera senten-  
tiæ.

ἐν αὐτῷ.

Responsio  
κατὰ θε-  
ῶν, τὸ τὸ  
ἐν αὐτῷ  
λαβείν.

4. Fund.  
Rerū omni-  
um creatio.



*SPIRITUS SANCTUS per se subsistat, necesse est.*

*Occupat. ta-  
cit. & objectio-  
nis.*

*CLXXXVII. Quamvis autem creatio rerum omnium in symbolo Apostolico soli Patri potissimum attributa legatur, eo ipso tamen Spiritus S. ab hoc opere personis proprio nequaquam excluditur. Nam Deo Patri creatio prae reliquis Divinitatis personis ideo potissimum primo assignatur, quia fons est & principium (non temporale sed originale) totius Trinitatis, à quo condita sunt omnia. Errant igitur ij multis modis, qui Spiritum S. in opere creationis non efficienter & equaliter: sed instrumentaliter operatum fuisse blasphemant, veluti supra pluribus demonstratum est.*

*s. Fund.  
Patefactio  
S. S. in ba-  
ptismo Chri-  
sti.*

*CLXXXVIII. Suffragatur ejusdem in baptismo Christi patefactio, Matth. 3. v. 16. Luc. 3. v. 22. Joh. 1. v. 32. Ubi in assumta visibili specie columbae apparuit. Qualitates autem & accidentia veluti motus animorum & cordium, imo quae in DEO per modum qualitatis aut proprietatis existunt assumta visibili & corporea specie nec apparent, nec apparere possunt. Quomodo ergo SPIRITUS SANCTUS non erit verum ὁψιστάριον sive substantia per se subsistens.*

*F. Socini  
Depravatio  
textus alle-  
gati Matth.  
3. v. 16.*

*CLXXXIX. Sed & hanc ipsam probationem nostram ex ipsis visceribus textus deductum miris modis corrumpit & depravat infamatus ille Faustus Socinus in explic. Locorum de S. S. pag. 103. ac primò quidem ex textu Matth. 3. v. 16. ita rhetoricatur: Locus iste, inquit, aliud nihil probare potest, quàm SPIRITUM SANCTUM esse rem quandam, sed*

*non*



sed non tamen personam: nec enim verba illa *Sicut columbam* ad ipsius rei essentiam referenda sunt, ut scilicet hinc inferre liceat, sicut columba est res animata, sic SPIRITUS SANCTUS res est animata, & sic cum res divina sit etiam persona: sed referri debent ad externam speciem & modum, idq; non ipsius rei, sed descensus illius.

CXC. *Verum Resp. inane esse & hoc effugium. quod enim verba illa Matthaei sicut columbam, non ad modum descensus columbini, sed revera ad externam columbae formam, quam SPIRITUS SANCTUS assumpsit, referenda sint, illud manifestum est ex loco parallelo ipsius Luc. 3. v. 22. Ubi eandem describens historiam, SPIRITUM SANCTUM, εἰς σκουατιῶν in assumptam speciem, non certe alius cuiusdam rei ibi non expresse sed sine dubio ipsius Columbae, cuius merito fit, apparuisse, evidenter testatur.*

CXCI *Ne tamen veritati manus victas dare cogitar adversarius, & huic loco evidentissimo nasum cereum affingere minimè dubitat, nam inquit locus iste, qui videtur planè ostendere, SPIRITUM SANCTUM, in formam columbae apparuisse, apertè docet, haud ita rem se habere. Si enim id dicere voluisset Lucas, certè non tanquam columba, sed tanquam columbae dixisset. Unde apparet, vocalam tanquam, seu, ut vulgata habet editio, Sicut, voci columbae junctam, tam hic, quam apud alios Evangelistas, tum ad verbum ascendere, vel participium ascendentem, referendam esse, tum etiam columbini descensus, non autem columbini corporis similitudinem declarare.*

Resp.  
καὶ αὐτοῦ  
προφορῶν.

Instantia  
Socini contra  
locum. Luc.  
3 v. 22.



1. Responſio  
καὶ δεῖξιν  
ἔσοφισ-  
ματος τῆς  
λέξεως.

CXCII. Verùm & hæc probatio nulla est: Primò n. procedit ex vitiosa versione: Quia in textu græco non dicitur, quòd SPIRITUS SANCTUS sicut columbà descendit, quã ratione fortè aliquid obtineret, ad versarius, sed disertis verbis Lucas pronunciat κατὰ θῆνας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῶς, εἰς δεῖ ὡστε, περὶ εἰς εὐὰ descendisse SPIRITUM S. in corporali specie, qui casus non tam ad verbū κατὰ θῆνας, quã ad nomen πνεύματος, seu Spiritus, qui descendit, respicere videtur, ut sensus sit, illam corporalem speciem, in quã S. S. apparuit, fuisse columbam.

2 καὶ δεῖξιν  
τῆς Φευ-  
δερηνέας

CXCIII. Deindè Lucas sine Solæcismo insigni nec potuit nec debuit dicere sicut columbæ (quod ipsum dicturum autumat adversarius, si ad speciem columbæ digitem voluerit intendere) quia modus loquendi id non patiebatur: cum enim verbum κατὰ θῆνας ex alterâ parte regat Accusativum (πνεῦμα) vocem sequentem etiam (περὶ εἰς εὐὰ) in eodem casu poni omnino erat necessarium. Et si Genitivo uti voluisset Lucas, tunc particula ὡστε fuisset omittenda.

Instantia.

CXIV. Neq; verat illud adverbium, ut nugantur adversarij, aut vetare ullo modo potest, quo minus SPIRITUS SANCTUS speciem columbæ assumisse dicatur: quia frequentissimus ipsius usus in Scripturis sacris hic est, ut non tam ad modum alicujus descensus, apparationis aut actionis: sed etiã ad ipsius rei similitudinem exprimendū adhibeatur, quemadmodum Mar. 4 v. 4. Luc. 9, v. 14. c. 22. v. 41. c. 23. v. 44, c. 24. v. 11, Act. 9. v. 18. c. 10, v. 3. Heb. 11. v. 12, Et alijs in locis videre est.

Resp.  
καὶ ἐναν-  
τιολογίαν.

CXCV. Neq; verisimile est, quod addit Socinus istam corpoream speciem seu formam, in quã SPIRITUS SANCTUS in CHRISTUM descendit non



non vulgarem fuisse, & in qua nihil divini necessa-  
riò conspiceretur, qualis est forma columbæ, sed  
planè singularem & miraculi plenam: *hæc n. mera  
conjectura est, quæ textui ipsi opponitur: multo verifimi-  
lius est, cum dixisset Lucas, in corporali specie apparuisse*  
SPIRITUM SANCTUM, cum in verbis inmediate se-  
quentibus potius voluisse exprimere, qualis fuerit illa spe-  
cies, nimirum non omnino singularis sed columbina, ade-  
oq. talis quæ oculis hominum posset obijci, quàm quod so-  
lum ipsius descensus modum exposuerit, quod non usq. ad  
eò erat necessarium.

CXCVI. Verùm ab his omnibus præfidiis  
deturbatus adhuc instat adversarius in iisdem expli-  
cationibus locorum de Spiritui Sancto num. 7. p. 109.  
Parum vel potius nihil referre ad probandum,  
quòd SPIRITUS SANCTUS sit persona, eum in  
columbæ forma conspectum fuisse, neq. enim pro-  
pterea vel SPIRITUM SANCTUM esse colum-  
bam, vel columbam esse personam: In græco autem  
esse vocem εἶδος quæ nullo modo perfanā significet.

CXCVII. *sed Resp. quid per εἶδος σημαίνει ibidem*  
loci intelligatur, an nimirum fuerit vera columba cui se  
SPIRITUS SANCTUS univert, an verò nuda  
saltem species, & simulacrum columbæ, de eo diverse  
sunt Theologorum sententiæ: Ut ut autem hæc sint, ni-  
hiltamen inde causa nostræ decedit ipsius verò accedit,  
Qualis qualis enim fuerit species, suis tamen proprie-  
tibus individuantibus, ( ut loquuntur, ) non fuit  
destituta, aliàs neq. descendere & in CHRIS-  
STO quiescere, neq. oculis hominum obijci potuisset:  
& quia fuit simulacrum ipsius SPIRITUS SANCTI  
illam

Resp καὶ  
αὐτῆς  
ἐστίν.

Instantia  
tertia.

Responsio  
καὶ ἐν  
πλοῦται.



Instantia  
quarta.

illum quoq; divinum esse ὁμοίουσιν à Patre & Filio distinctū, liquidò inde conspicitur, quòd in ejusmodi proprietatibus individuantibus non nisi natura per se subsistens proprijs se manifestarit.

CXCVIII. Vanum quoq; & frivolum prorsus est illud Goslavij Sophisma, quo utitur i. part. refut. Keck. p. 30. quando ait: Non omne quod apparet, per se subsistens est, siquidem accidentia apparent, nec tamen per se subsistunt, imò hæc tantum: ea enim apparent, quæ in oculos incurrunt; At sola accidentia in oculos incurrunt, substantiæ alienissimæ sunt à conspectu nostro.

Resp.  
Καὶ ὅτι δὴ  
λωσαν  
Objedi axi-  
omatia.

CXCIX. Resp. πολλοῦ ἐξήγησεν quidem est in Philosophorum Scholis, accidentia esse prima sensuum objecta, & immediate as per se apparere, verum non minus his mediantibus substantia ipse quoq; sunt conspicuæ, & sicut accidentia sine subjectis non subsistunt, ita etiam illa de his testantur, & in earum cognitionem introducunt, adeoq; conspectis accidentibus rectè etiam ipse substantia sensui objeci dicuntur, licet mediantibus accidentibus. Cum igitur constet, speciem illam, in qua SPIRITUS SANCTUS apparuit, non fuisse nudum aliquod accidens per se non subsistens, sed rem suis proprietatibus individuantibus vestitam patet vel inde SPIRITUM SANCTUM veram certamq; esse personam.

VI. Fundam. Appa-  
ritio S S. in  
festo pentecostis.

CC. Idem comprobat ejusdem rursus apparitio si-  
ve manifestatio in festo Pentecostes primæ N. T. ubi SPIRITUS SANCTUS ut persona à ceteris realiter si-ve verè distincta, visibiliter in specie linguarum ignearum conspectus fuit, Act. 2. v. 3.

CCI. Cæ.



CCI. Cæterum & hic tumultuantur adversarij, missionem sive apparitionem factam in die Pentecostes non fuisse alicujus personæ: sed tantum donorum, id quod in eâ probari posse videtur, *I.* Quia Christus in cælos ascensurus promisit Apostolis suis non hypostasim quandam, sed virtutem qua ex alto induantur *Joh. 7. 39. II.* Apostoli singuli fuerunt impleri; non certè personâ unâ indivisibili: sed potius donis ejusdem miraculosis. *III.* Petrus accepto Spiritu Sancto in præclarâ illâ concione suâ *Act. 2. v. 33.* ait: Christum promisisse SPIRITUM SANCTUM & à Patre effudisse hoc quòd spectent & audiant, SPIRITUM SANCTUM appellans non personam quandam inaspectabilem, sed illos motus & dona DEI, quæ omnium sensibus erant obvia.

CCII. Verùm committunt & hic sophisma  $\omega\delta\epsilon\gamma\ \tau\omicron\ \pi\eta\ \kappa\alpha\tau\omicron\ \alpha\pi\lambda\omicron\varsigma$ . Nam *I.* quidem CHRISTUM, in cælos ascensurum Apostolis dona Spiritus Sancti promisisse facile concedimus & largimur: sed illa sola, Apostolis fuisse promissa, & in die Pentecostes exhibita, id verò etiam atq; etiam pernegamus, & contra potius firmiter credimus & docemus, communicatis donis ipsum Spiritum S. simul in Apostolos effusum esse. Nam ut in alijs scripturæ locis passim Spiritus Sanctus tanquam donorum autor à donis ipsis discernitur, ut *1. Cor. 14. v. 11.* & alibi: Ita etiam in ista apparitione semper evidens conspicitur discrimen inter Spiritum S. qui unus est, & in specie linguarum ignearum apparet, & inter ipsius Charismata, quæ tanquam effectus suam causam sequuntur. Testatur enim tota historia,

Exceptio  
triplex.

1.

2.

3.

Resp.  
 $\kappa\alpha\tau\omicron\ \delta\epsilon\iota\text{-}\xi\upsilon\ \tau\omicron\ \sigma\omicron\text{-}\Phi\iota\sigma\mu\alpha\text{-}\text{\textcircled{C}}\ \kappa\alpha\tau\omicron\ \tau\omicron\ \omega\varsigma\ \alpha\pi\lambda\omicron\varsigma$ .

Confirmatio  
hujus Responsionis,  
Quia S. S. persona à donis distinguitur.

L

Apo-



Apostolos accepto SPIRITU SANCTO qui donorum auctor est, statim exeruisse illa & varijs lingvis locutos esse, prout Spiritus dederit ipsis eloqui.

2.  
Quia res accidentalis non potest apparere sub specie.

CCIII. Ac sanè impossibile est, ut res aliqua accidentalis, qualia sunt illa dona, sub corporali specie appareat, quia id soli substantie competit, quæ ut per se sola subsistit, ita sola alterius cuiusdam rei speciem potest induere. Quandoquidem ergo Spiritus S. sub specie linguarum ignitarum apparuit, consequens est ipsum non esse aliquid accidentale, sed potius personam per se subsistentem.

2.  
κατὰ δὲ  
ἐν σοφίᾳ  
ματὸς τῆ  
ἑν αὐτῷ  
ὡς αὐτῷ.

CCIV. Alteram rationem quod attinet, rectè quidem dicitur, quod singuli Apostoli fuerint impleti donis, sed ijs non tantum verum etiam personam Spiritus Sancti, immensam & indivisibilem. Immensitas enim non tantum non impedit quo minus Spiritus S. per substantiam insit & cohabitaret credentibus: sed etiam facit, ut unus permanens in diversis subjectis esse & habitare possit: Sicut etiam DEUS Pater propter immensitatem essentia, per quam in omnibus locis totus est, non exclusus nec inclusus secundum substantiam credentibus presens est, sine ulla essentia vel divisione vel multiplicatione.

3.  
κατὰ αὐτῷ  
παροχῶν.

CCV. Ad tertium, quando Petrus miraculosam Spiritus S. effusionem per dona illa visibilia quasi à posteriori describit, respondeo, quod Petrus eo ipso personalem SPIRITUS SANCTI presentiam aut exhibitionem non neget, sed potius confirmet. Nam ut rectè loquitur Didymus, DEI munera in Spiritus S. substantia commorantur, & ex muneribus vicissim ipsius presentiam colligimus.

CCVI. Simi-



CCVI. Similiter personalitatem Spiritus Sancti haud obscure comprobatur baptisimi nostri administratio, quae non minus in nomine jussu & auctoritate SPIRITUS SANCTI perficitur, quam in nomine Patris atq; Filij, expressè enim in hoc ipso opere connumeratur reliquis personis Matth. 28. v. 19. Cum igitur de rebus, quae personae non sunt, non dicatur in nomine eorum fieri aliquid: hinc omnino sequitur Spiritum Sanctum esse personam à Patre & Filio distinctam.

7. Fund.  
Baptisimi nostri administratio in nomine Spiritus S.

CCVII. Ne autem adversarij aliquid intactum relinquunt, & hoc argumentum nostrum, quo personam esse Spiritum Sanctum, evincitur hæcenus firmissimè, nefariè impugnant, sic enim Socinus in explicat L. de S. s. p. 128. excipit, Locum istum ait, Matth. 28. v. 19. non pertinere ad formam verborum, quibus aquae baptismus administrari debeat, ut inde scilicet colligi possit, Spiritum S. divinam esse personam à Patre & Filio distinctam, cui non secus ac Patri & Filio ji consecrentur & dedicentur, qui aqua baptizantur: nusquam enim, inquit, in actis Apostolicis, ubi tam sæpè administrati baptismi fit mentio, ista verborum formula commemoratur (in nomine Patris & Filij & SPIRITUS SANCTI) sed tantum in nomine, seu in nomen Jesu Christi, vel Domini Jesu, vel simpliciter Domini credentes baptizati fuisse dicuntur.

Exceptio contra locum Matth. 28. v. 19.

CCVIII. Resp. Committitur & hic fallacia τῷ θεῷ τὸ πᾶσι ἀπλῶς, ineptissimè enim concluditur ab adversario ex eo, quod dicuntur Apostoli baptizasse in nomen CHRISTI, baptismum illum non fuisse in nomine

Responsio τ. κατὰ θεῶν τὸ πᾶσι ἐξ ἡμερῶν τῶν αἰῶν αἰῶν αἰῶν.



Patris, Filij & SPIRITUS SANCTI administratum, ac proinde ex eo personalitatem Spiritus S. haudquam firmiter probari. Quamvis enim sine dubio Apostoli baptizarint in nomine Patris, Filij & SPIRITUS S. secundum expressam institutionem & mandatum CHRISTI, quia tamen baptismus ille à CHRISTO institutus & demandatus erat, merito vocatur Baptismus CHRISTI, sicuti baptismus à Johanne administratur non incommode à baptismo Johannis appellatur.

2.  
καὶ ἐν ᾧ  
λασιν τῆς  
εἰς Φιλο-  
λογίας,  
in phrasi ba-  
ptizari in  
nomen Chri-  
sti.

CCIX. Deinde notandum est illis verbis (puta in nomen Christi, in nomine Domini Jesu &c) non describi baptismi formam, quasi alijs ipsi verbis in administratione baptismi usi fuerint: sed potius causam ejus efficientem, finem iridem & effectum, ut in nomine Christi baptizare idem sit, quod ex institutione autoritate jussu, auspicijs & voluntate CHRISTI baptizare, qui baptismus ab ipso solo suam habet virtutem & efficaciam.

CCX. Relinquitur ergò veram baptismi formam adhiberi, quando in nomine Patris, Filij & Spiritus S. administratur baptismus, & cum in eadem non minus Spiritus S. quam Patris & Filij expressa fiat mentio, & simul etiam in illius nomine baptizari jubeamur, necessarium sequitur Spiritum S. esse veram divinitatis personam: Si enim talis non esset, reliquis personis in eodem divino opere annumerari non posset.

Instantia  
ex cōjunctio-  
ne S. S. cum  
reliquis per-  
sonis nihil  
concludi.

CCXI. Sed & h. l. excipiunt adversarij clamantes, non sequi Spiritum S. esse personam divinam, quòd cum Patre & Filio in baptismo conjungitur, minime enim novum esse etiam in alijs rebus Deo conjungere ejusmodi res, quæ nō sunt personæ, ut

cum



cum Paulus ait *Act. 20. v. 32.* Commendo vos DEO & verbo gratiæ ejus. *Et Ephes. 6. v. 10.* Confortamini in Domino & virtute roboris ejus. Et socinus in *Animadver. p. 130.* SPIRITUM SANCTUM, inquit, cum DEO conjungi, non aliam ob causam, nisi quia cum DEO & CHRISTO ad salutis nostræ rationem pertinet: nam & Pater est primus autor, primumque principium religionis Christianæ, & ultimus ejus finis. Et Filius is est, in quo proponitur & explicatur & per quem initium ac progressum suum habet. Et Spiritus Sanctus ea res est, sine quâ nec quicquam istorum fit, nec ij, qui Christianam religionem amplectuntur, perdurare in illa possunt; non autem propterea, quia sicut ille, sic etiam ipse sit persona, multò minùs, quia isti tres simul & quilibet illorum sit unus ille DEUS noster.

CCXII. Resp. Laborat & hoc argumentum, quod propallando errore suo adducitur ab adversario, turpi Sophismate, imò prorsus à jannâ, ut dicitur, aberrat, & neq. nostrum directè oppugnat sententiam, neq. adversarij causam & errorem satis confirmat. Sæpiusculè quidem in sacris literis res ejusmodi DEO conjungi, quæ non sunt persone divine, ut in exemplis allegatis videre est, utrâq. manu largimur, verùm de SPIRITU SANCTO hoc ipso in loco *Matth. 28. v. 19.* hanc expositionem usurpari posse etiam atq. etiam inficiamur, siquidem textus evidentiâ longè aliud demonstrat.

CCXIII. Nam primò is, in cujus nomine baptizamus, non potest non esse persona. Baptizari enim in nomine alicujus est Baptizari jussu & autoritate & in promissionem atq. efficaciam alicujus, ut ex locis cognatis *Joh.*

Responsio  
per ου-  
χαισιν  
π.

Rationes  
consequen-  
tia.

1. Quia non  
nisi persone  
nomine ba-  
ptizamus.



16. v. 43. Et 1. Cor. 13. v. 15. satis apparet. De alijs autem rebus, quæ non sunt personæ, dicitur nullo modo in nomine & autoritate illarum aliquid fieri. Iam verò in nomine jussu & autoritate SPIRITUS SANCTI baptizamus ut ex formulâ institutionis manifestum est. Est igitur SPIRITUS S. persona per se subsistens.

Commentu  
Eneadini  
refellitur.

CCXIV. Undè etiam liquet, quid sentiendum sit de commento illo vanissimo & putido Eneadini, quo contendit, baptizari in nomine Patris, Filij & SPIRITUS SANCTI esse baptizari in testimonia tria, quod JESUS sit CHRISTUS, nimirum in voce Patris, qui de cælo sonuit hæc verba: tu es Filius meus dilectus, in testimonium Filij, qui de seipso dixit: Ego sum lux mundi, & in signa miraculorum seu in miraculosa dona S. S. quæ & ipsa testabantur datorem illum miraculorum esse verum Messiam.

CCXV. Si enim baptizari in nomine Patris Filij & Spiritus S. significat baptizari ex jussu & autoritate, & in fiduciam, & auxilium Patris Filij & S. S. & verò nos non baptizamus in nomine alicujus rei: sed tantum personarum, nec essario sequitur, quòd quemadmodum in nomine Patris & Filij tanquam duarum personarum baptizamus, ita quoq; nos in nomen S. S. tanquam terciae persone Divinitatis Ecclesie per aquam inseramus & initemur.

2. Quia  
mittetur  
τρωτο  
λογία.

CCXVI. Deinde similiter etiam evidens est, quòd in his verbis baptizate eos in nomine Patris, Filij & S. S. vox S. S. non possit exponi pro virtute & efficacia Divina Patris, aut utriusq; etiam Patris & Filij simul: siquidem posito Patre, ponitur vis & efficacia Patris, posito Filio ponitur virtus & efficacia Filij: Frustrâ igitur & per τρωτολογίαν ineptissimam ultimo loco virtus illa divina repetitur,



retur, quod tamen omninò fieret, si SPIRITUS SAN-  
CTUS hoc loco pro virtute & efficacia DEI poneretur.  
CCXVII.

Quis autem non absurdissimam vanissimam & nugacissimam hanc diceret locutionem? Baptizate in nomine Patris & Messie & virtutis divine: Magis certè absurda esset, quam si moyses coram Israelitis protestaretur, se à DEO Abrahami Isaac & supplantationis missum fuisse. Et cur Ariani veteres mutassent verba baptismi nisi intellexissent SPIRITUM SANCTUM ut personam introduci coequalem reliquis, quando in nomine Patris Filij & Spiritus S. baptismus confertur & administratur? Vnde Arianius quidam apud Vrspergensium in historia Zenonis Imperatoris, baptizote, inquit, in nomine Patris, per Filium in Spiritu Sancto, ut apud Niceph. quoq. lib. 13. cap. 35. videre est. Firmum igitur manet fundamentum personalitatis Spiritus Sancti, quod ex vtitata baptismi nostri formula depromitur.

CCXVIII. Tandem quoq. & ultimò eadem SPIRITUS SANCTI, personalitas evincitur ex aliis ejusdem actionibus, quæ præter illas enumeratas passim illi attribuuntur. Nam SPIRITUI S. talia opera & effecta in scripturis attribuuntur, quæ non nisi substantia per se subsistenti intelligenti & volenti competunt. Dicitur enim docere & suggerere Mat. 10. v. 10. Lu. 12. v. 12. Ioh. 1. 4. v. 16 ducere in omnè veritatem Ioh. 16. v. 13. testari de Christo Ioh. 15. v. 26. Dare & conferre sermonem sapientie scientie fidei prophetiam & genera linguarum 1. Co. 12. v. 8. Consolari Ioh. 15. v. 26. Arguere mundum de peccato Jo. 16. v. 8. Agere credentes Ro. 8. v. 14. Obsignare fideles Eph. 4. v. 30. Annunciare & loqui Ioh. 16. v. 13. & 14. Prædicere futura Ioh. 16. v. 8. &c. Est igitur S. S. vera persona & res per se subsistens & intelligens.

CCXIX

3.  
Quia contraria assertio esset absurdissima.

VIII. Fundam. Operationis personales S. S. attributa.



Exceptio-  
nes adver-  
sariorum.

S cini

Catechismi  
Racov.

Enjedini.

CCXIX. Verum hic rursus etiam omnes nervos intendunt, omnesq; vires suas experiri cupiunt adversarij, ut & hoc fundamentum nostrum vel omnino destruant, vel saltem aliquo modo labefactent: nullus igitur hic exceptionum modus, nullus depravationū finis, nullus deniq; elusionum terminus. Ac Socinus quidem Photinianorum antesignanus in refut. wicki & Bellarm. p. 488. ad hoc argumentum ita respondet: Quod in testimoniis Sacris, quæ adversarij citant, Spiritui Sancto actiones tribuuntur, & ea, quæ personarum sunt propria ex hoc nihil concludi potest, cum aliis rebus, quas personas non esse constat, similiter in Scripturis sacris actiones tribuantur, & ea, quæ personarum propria sunt, in cuius rei fidem plenissimam adducit locum illum Pauli, 1. Cor. 13. v. 4. usq; ad 8. Ubi perpetuò de caritate tanquam de persona aliqua loquitur, illi permulta tribuens, quæ reverà non nisi in personam cadunt.

CCXX. Et in Catech. Racov. p. 248. legitur: Ex illis locis, (inquit autor) quæ propria personæ tribuunt Spiritui Sancto non posse evinci Spiritum Sanctum esse personam, quia peccato etiam tribuitur, quod decipiat & occidat, Rom. 7. v. 11. legi quod loquatur Rom. 3. v. 19. scripturæ quod praveat & prænunciet, Gal. 3. v. 8. Vento quod spiret ubi velit. Joh. 3. v. 8. Ita quoque SPIRITUI SANCTO tribui, quæ Dei propria sunt, cum DEI virtus sit, non autem distincta persona.

CCXXI. Sic Enjedinus in Explic. Loc. V. & N. T. expressè assererit, nihil esse frequentius in scripturis, quàm ut accidentibus quoq; per Protopopeian actiones



ones tribuat, exempla recenset, ex *Job. 32. cap. v. 7.* ubi aetas introducitur loquens, & multitudo annorum docens sapientiam. Et *Psal. 84. v. 11.* Misericordia & veritas obviaverunt sibi. Quo sensu etiam Abelis sanguis ad coelum clamasse. *Gen. 4. v. 10.* et arbores regem elegisse *Judic. 9. v. 8.* Item unctio docere *1. Joh. 2 v. 27.* Virga & pedum consolari. *Psal. 23. v. 5.* Aqua testari. *Job. 5. v. 8.* Conscientia arguere dicitur. *Job. 8. v. 9.* qualia exempla in Scriptura passim sunt obvia.

CCXXII. Quae omnia, quamvis primo intuitu alicujus momenti & ponderis esse videantur: illis tamen exemplis ne quicquam obstantibus, nihilominus firma & constans manet nostra assertio, quae ex operationibus personae proprijs SPIRITUS SANCTI personalitatem venamur & colligimus. Hoc sane inficias ire non possumus, quod scripturae in frequenti more positum sit, ut operationes personarum alijs quoq; rebus quae personae non sunt, attribuantur: verum id saltem fit tropice & figurate, dum nimirum vel per *Prosopopœian*, quae substantiarum sunt, accidentibus: vel per *Metonymian*, adjunctis, quod subjectorum est, vel deniq; per *Metaphoram*, rebus in animatis, animatarum & per se subsistentium actiones assignantur.

CCXXIII. Sic exempli gratia Caritati per *Metonymiam* subjecti tribuitur, quod hominum caritate praeditorum proprium est, quod nimirum benigna, quod patiens, quod non ambitiosa sit: Peccato tribuitur, quod decipiat & occidat, per *Metaphoram* à rebus naturalibus ad res spirituales tractatam. Legi quod loquat ur, per *Metonymiam* subjecti, pro DEO ipso legis mandata proloquente, vel

M

per

Responsio  
αὐτῶν  
χάριτι  
π.



Per Metaphoram, quã ea dicitur locutio, quã vera locutio tamen non est: Vento quod spiret per Metalepsin, quia est causa, ut aër collidatur & spiret, ita Scriptura annunciat & prœvidet per Metonymiam signati, quia est signum & nota eorum, quæ nobis à DEO annunciantur: Annorum multitudo docet sapientiam, per Metonymiam subjecti, pro hominibus ad seram etatem profectis: Misericordia & veritas per Prosopopœjan sibi obviunt. Pari ratione sanguini Abelis clamare, arboribus regem eligere, unctiõni docere, virgæ & pedo consolari, aque testari & conscientia arguere, non nisi per Prosopopœciam attribuitur.

2. Kal' æg-  
1701v.

Ratio negationis.

1. Quia non licet temere à literali sensu discedere.

2. Quia S. S. tota definitio personæ cõpeticit.

CCXXIV. Talem fietam personam esse SPIRITUM SANCTUM & tanquam personam fictam ei ascribi actiones personæ, quem admodum in exemplis allatis usu venit, velle asserere, nihil aliud est quàm propria cerebri signenta venditare, & sine ullo Scripturæ Sacrosanctæ fundamento loqui, scribere, cogitare. Neq; enim integrum nobis est in scripturæ sacre interpretatione à propria & genuina verborum significatione discedere, nisi aliquid sit, quod evidenter cogat ad sensum tropologicum confugere, qualem adversarij operationibus SPIRITUS SANCTI quidem assuere quantumvis cupiant, nunquam tamen firmiter possunt. SPIRITUI SANCTO igitur actiones ejusmodi non improprie & figuratè sed verè atq; proprie attribuantur, id quod vel ex eo etiam cuius obvium esse potest, quod SPIRITUI SANCTO plena & integra personæ definitio per omnia competat, id quod in exemplis pro contrariâ parte allatis locum non invenit.

Nam



Nam peccato non tribuitur, quod sit quiddam subsistens individuum, intelligens, incommunicabile, non sustentatum ab alio, sed unum tantum persone accidens videlicet operari decipere & occidere. Ita rebus inanimatis interdum tribuuntur operationes: sed voluntatem atq; beneplacitum post antegressam deliberationem expressè & propriè fuisse illis assignatum nusquam legimus. Similiter quæ caritati & alijs rebus impropriè & Metonymicè ascribuntur completam & perfectam personam creare non possunt, ut ipsimet adversarij si rem accuratius verisq; momentis persitent, sateri cogentur.

CCXXV.

Præterea & hoc notandum probeq; observandum est, quod Scriptura vno & eod. modo semper de SPIRITU SANCTO tanquam de persona loquitur talem igitur eundem esse, merito exinde colligitur: de alijs autem rebus, quæ non sunt persona, Scriptura neq; semper neq; uniformiter operationes personarum prædicat: sed sicubi fortè figuratè illas introduxit, mox propriè rursus de ijsdem loquitur, ut inde facile cognosci queat, quid propriè quid impropriè dictum sit. Ita de Caritate, de peccato, de lege, quibusdam in locis satis propriè & perspicuè differit, & eas personas nullo modo esse liquido ostendit, quod de SPIRITU SANCTO affirmare nemo facile poterit. Proinde certum manet & indubitatum SPIRITUM SANCTUM esse certam divinam personam.

Atq; ita etiam his constitutis tandem thesin nostram concludimus evidentissimè, SPIRITUM SANCTUM scilicet DEUM esse, & ita quidem DEUM esse, ut sit

3. 17. dē 21  
m̄s ē πe 20  
yeveias, in  
Exemplis  
adductis.



persona certa, in ipsâ Deitatis & oia per se subsistens atq; operans  
id quod adversus Photinianos hæcenus nobis fuit demonstran-  
dum.

## CAPUT SECUNDUM.

Tractationis de Spiritu Sancto

ἀντιθετικόν.

Cap. II. ἀν-  
τιθετικόν.

CCXXVI. Alterum hoc & posterius instituta tra-  
ctationis nostræ de SPIRITU SANCTO Caput sibi  
vendicant corruptela & argumenta, quibus pars hæc do-  
ctrina Christiana semper ferè in Ecclesiâ depravata fuit.  
Fuit enim jam inde à primordijs Ecclesiæ, præsertim N. T.  
articulus iste ceu scopus quidam hereticis præfixus, adver-  
sus quem certatim omnes tela sua dirigerent. Ut autem  
jam nihil dicamus de alijs hæresibus, non tam numero-  
quàm impietate multiplicibus: sed solum de Ne Arianis si-  
ve Photinianis, hi certe, uti totius Sacro-sanctæ TRINI-  
TATIS mysterium variis modis convellere, imò profusus  
evertere conantur: Ita potissimum SPIRITUS SAN-  
CTI DIVINITATEM impugnant, ejusq; propriam  
& peculiarem personalitatem & subsistentiam blasphemio-  
se negare non verentur.

CCXXVII. Ceterum, ne absq; ratione pugnare videantur,  
habent certa quedam argumenta, partim ex sacris, partim  
ex cæca rationis humanæ præpostero judicio petita, quibus  
impietati suæ fucum facere conati sunt, vel adhuc ho-  
die conantur, & ea nobis fortè dispicienda essent  
singula: verum cum hoc penso præclare sint desuncti  
haud pauci orthodoxi nostrarum partium Theologi, nos  
temporis habitâ ratione, (quantum quidem fieri poterit,)   
breviores erimus, & cæca duntaxat, eaq; palmaria  
adduc-



adducemus, & quæ & qualia sint, & quid Logicè pariter ac Theologicè ad ea responderi possit ac debeat, paucis, nos Deo clementer adjuvante, videbimus; Unde haud difficile erit & reliqua refutare & convellere.

CCXXVIII. Ut autem certum ordinem observemus, neq; extra limites nostra vagetur tractatio, eam servabimus methodum, quam capite præcedenti ex JESU secuti sumus, ita ut primum omnium ea argumenta consideremus, quibus Divinitatem Spiritus Sancti: Deinde verò propriam ejus personalitatem sive subsistentiam impugnant. Placet autem initio in singulis argumentis primum ipsos ( quantum quidem ipsorum scripta videre contigit) audire loquentes, ne fortè alienam ipsis videamur affingere sententiam: Postea verò præcipuas istas rationes ad trutinam verbi divini & analogiam fidei revocare.

Methodus  
tractationis.

## PARS PRIMA CAPITIS SECUN-

di adv. tit. l. vii. de Deitate Spiritus S.

### ARGUMENTUM PRIMUM

Contra Deitatem Spiritus S.

CCXXXIV. Initio igitur consueto hereticorum latibulo utuntur, prætendentes haud immeritò doctrinam nostram de Spiritu S. suspectam esse debere, quod Spiritus S. nusquam expressè in sacris literis vocetur DEUS, & phrasis hæc ( Spiritus S. est Deus) in sacrâ scripturâ nusquam legatur aut reperiatur. Hinc talis emergit collectio:

Argument. 1.  
Spiritus S.  
nusquam in  
scripturis  
dicitur De-  
us. E.

Quicumq; in scripturâ sacrâ nusquam expressè vocatur Deus, is quoq; non est Deus.

Atqui SPIRITUS SANCTUS nusquam in sacrâ scripturâ vocatur expressè Deus.



ErgS SPIRITUS S. non est Deus.

Socinus.

CCXXX. Argumentum hoc suppeditant Socinus in Tract. de Deo, Christo & Spir. S. p. 4 Spiritus Sanctus, (inquit,) nusquam discretè atq; ad literam (ut dicitur) in scripturâ DEUS appellatur. Hieron, Moscor. in Catech. lat. c. 1. p. 35. Item Smalc. in refutat. disp. D. Gravv. p. 6. Item Ostorod. in disp. Germ. Tradet. oppos. parte 2. c. 12. p. 201.

Moscorovius.  
Smalcicus.  
Ostorrod.

Responsio 1.  
κατὰ δει-  
ξιν τῆς αἰ-  
γνώσιας τῆς  
ἐλέγξις.

CCXXXI. Sed Resp. pluribus hoc argumentum vitij & erroribus laborare quam constat fermè verbis & sententijs. Primò enim committitur σόφισμα τῆς ἀγνώσιας τῆς ἐλέγξις. A negatione enim τῆς γράμματῶν seu ὀνότῳ ad negationem τῆς πραγμάτων ἢ ἵπσιυς rei non licet argumentari. Nota enim est distinctio, quòd in scripturis quedam sint & dicantur, quedam vero sint, & non dicantur. Quod vulgò ita efferi solet: In sacris literis dupliciter aliquid habetur, vel n. habetur explicitè αὐτολέξει κατὰ τὸ ὄνομα & κατὰ γράμμα secundum literam; Vel implicitè κατὰ τὴν διανοίαν & secundum rem sive sensum. Quod neutro modo in scripturis extat. merito suspectam, imò simpliciter falsum & hereticum censeri debet. Quod autem non habetur quoad literam, & tamen invenitur quoad sensum, falsitatis argui minimè potest: Jam verò res ita se habet in doctrinâ de Spiritu S. ut quamvis hæc propositio, Spiritus S. est Deus, non legatur in sacro Codice; Res tamen ipsa & phrasæ equipollentes omnino continentur: Proinde sufficit, quod sensus habeatur, literarum apices non magnoperè curamus.

2.  
κατὰ ἀξί-  
ον.

CCXXXII. Deindè Resp. per insiciationem Minoris, Spiritum S. n. expressè vocari Jehovah, nominari Deum & Dominum, superiori capite indubitatè ἀποδείξειται



ex fundamento verbi Dei solide astructis firmissimè dem-  
onstratum est. Legatur iheſis nostra 20. 21. 22. 23. 24. 33.  
47. Cum eandem crambem bis reponere minus aptum &  
conueniens esse videatur.

CCXXXIII. Tertiò Resp. καὶ ἐν σὺν. Si enim hac ra-  
tio militaret, ut nihil quicquam in Theologiâ esset pro ve-  
ro acceptandum, quod non expressis literis atq; syllabis le-  
geretur in scripturâ, Bone Deus! Quam multa caderent  
in Theologiâ, quæ tamen pro veris ipsi Photiniani hæceno  
agnoscunt, Et si Deitas Spiritus Sancti prius credenda non  
est, quam phrasis hæc ( Spiritus Sanctus est De-  
us ) tot syllabis notat areperiat in scriptura, ostendant  
quæso, & ipsi adversarij, hanc nobis propositionem Spi-  
ritus Sanctus est TANTUM virtus & efficacia DEI (quæ  
tamen ab illis toties inculcatur) & illico dogmati illorum  
fidem habebimus, quod tamen nunquam præstare pote-  
runt. Propria igitur hæc in parte vincta cadunt, sequi-  
tur enim, aut ipsorum quoq; dogma de Spiritu S. falsum  
& suspectum esse, aut nullam prorsus in hoc primo ipso-  
rum argumento consequentiam.

CCXXXIV. Quarto Resp. ex autoritate Patrum, quos  
teste Histor. Ecclesiast. constat in disputationibus cum ad-  
versarijs, non magnoperè curasse verba: sed haud raro  
planè novos & peculiare terminos assumisse, partim u-  
berioris explicationis, partim melioris distinctionis, par-  
tim deniq; solidioris & plenioris refutationis gratiâ.  
Proinde à Majori ad minus sic colligimus: Silicetum est  
contra adversarios planè novis & in scripturâ non extan-  
tibus phrasis uti, modo res ipse contineantur, quidni li-  
ceret etiam ex scripturâ hanc formare propositionē Spi-  
ritus S. est Deus, cum expresse dicatur Deus, licet pro-  
positio ipsa totidem syllabis expresse nullibi reperiatur.

3.  
καὶ ἐν σὺν.

4.  
καὶ ἀπὸ πρᾶξεως  
ἐκ τῶν πρᾶξεως Ec-  
κλησιαστικῶν.



5.  
ἐκ τῆς  
βίβλ.,

CCXXXV. Quinto Resp. & abundanti. Si vel maxime haec propositio, Spiritus S. est Deus legeretur in scriptura, Adversarij, amen vix ac ne vix quidem a falsâ suâ & praconceptâ opinione discederent: Sed procul dubio glossema aliquod haberent, quo illud illuderent. Ea enim est omnium Photinianorum indoles & natura, ut omnia, etiam clarissima scripturae testimonia, dubiarent, & suis glossematibus involvant. Quo sanè diabolico scripturas pervertendi studio, Sathanas nihil agit aliud, quam ut nihil tam clarè possit proponi, quin per sophisticationes Photinianas depravari & illudi queat. Quod si enim Ostorodo, vel alteri è Photinianorum, numero obviam ire volueris, dicendo: SPIRITUM SANCTUM esse Deum, ideo quod expressè vocetur Deus, protinus habebis hanc ab ipso paratam responsonem in disp. Germ. Tradelo opposita c. 12. parte 2. p. 201. Quamvis concedamus Spiritum Sanctum ita posse appellari DEUM, quemadmodum Justitia & misericordia Dei: tamen in sacris literis Spiritus S. non appellatur DEUS, quam nec DEI justitiâ vel misericordia. Merum igitur saltèm fucum faciunt Ne-Arianis simplicioribus, praetendendo, se libenter ad nostras partes concessuros, nostramq. doctrinam pro verâ agnitos esse, si modo haec propositio: Spiritus Sanctus est Deus, legeretur in scriptura, aut saltèm manifestum & perspicuum de illâ extaret testimonium.

ARGUMENTUM SECUNDUM

hunc in modum habet:

II. Argum.  
In patre est  
tota Deitas:  
E.

CCXXXVI. Si in Patre est tota Deitas, sequitur in Spiritu Sancto nullam esse Deitatem, & consequenter ipsum non esse Deum.

Atqui



Atqui in Patre est tota Deitas,  
Ergo SPIRITUS S ANCTUS non est Deus.

Argumentum hoc habet Goslavius à Bebelno in refut.  
Kekerm. parte 2. c. 9. p. 123.

CCXXXVII. Sed respondendum fuerit ad hoc argumentum, id, quod analogia fidei monstrat, perquam enim ridiculè Photiniana proles argumentatur ab humanis ad divina ita colligendo, quicquid est totum in uno sive unius, illud non est in altero sive alterius. Consequentiam enim hanc tantum valere dicimus in toto finito, non verò in toto infinito, nihil curantes quicquid etiam regeat adversarius de infinito, quasi nec illud in ullà re inesse possit totaliter, siquidem illud quod in aliquo ita est circumscriptum & limitatum esse oporteat. Scimus enim infinitum Deum ita non esse in ullà re totaliter, ut non simul sit extra illud, longè igitur alter res sese habet in personis cum essentia divina collatis, siquidem essentia divina non est in personis tanquam in re alià atq; alià, (ita enim ἀλλοῦ καὶ ἀλλοῦ in DEI essentiam introduceretur: ) Sed longè alia ratione, uti jam audiemus.

CCXXXVIII. Deindè est fallacia τῆς ὁμοιότητος, quæ latet tum in vocabulo totius, tum etiam in ipsâ phrasi. Nam totum propriè loquendo est id, quod partes habet, jam verò Deitas non est tota, id est, non est circumscripta suis partibus. Ergo malè dicitur de DEO, quod in Patre sit tota Deitas. Quod si autem totum sumatur pro perfectò, ut sensus sit: In Patre est tota sive perfectà DEITAS, tum nulla erit prorsus consequentia in syllogismo. Quæ enim, quæso, militat consequentiæ ratio? quando dico: Hæc res est perfectà, Ergo altera

Goslavius.

Responsio  
κατὰ τοῦ θεοῦ  
ἐν τῇ αἰσθητικῇ  
κατασκευῇ  
ἀπὸ τοῦ finite  
ad totum in  
finitum.

2.  
κατὰ τοῦ θεοῦ  
ἐν τῇ σπουδαίᾳ  
κατασκευῇ  
ὁμοιότητος.

N

illa



2.  
ἐκ τῆς  
Φερασως.

illa est imperfecta? Phrasin ipsā quod attinet, laboras  
& illa sophismate vitiosi consequentis. Nam Deitas dicitur  
juxta analogiam fidei, tota esse tum absolute in omnibus  
tribus personis illis simul sumtis, tum etiam relate, &  
cum tropo ὁπια ἐξ εως in unā qualibet personā seorsim. In  
personis quidem simul sumtis DEITAS tota est ideo, quia  
personae Trinitatis non sunt aliquid ab ipsa communi  
Deitate diversum. Et si cum personae inter se realiter  
differant, siquidem Pater non est Filius, Filius non est  
Pater, & SPIRITUS SANCTUS nec Pater nec Filius  
est, a communi tamen DEITATE personae simul sumta  
nihil quicquam differunt: Siquidem DEITAS tota nihil  
est aliud, quam Pater Filius & SPIRITUS SANCTUS  
& contrā. In unā qualibet personā verō est  
tota Deitas ideo, quia qualibet persona est verus & perfectus  
Deus, ac tota & perfecta divina essentia est in  
qualibet personā, quævis enim personarum totam ἀδια-  
γετον Deitatem ὁληώς participat, seu potius est simpli-  
cissimè tota illa DEITAS, nec ejus partem aliquam cap-  
pit: sed eadem illā plenissimā DEITATE Pater est Deus,  
quā Filius quā & SPIRITUS SANCTUS, Neq̄, tamen  
omnes tres personae Trinitatis simul sumta plus ha-  
bent Deitatis, quam vel Pater in se consideratus, vel Fi-  
lius & Spiritus S. Idq̄, dependet ex infinitate divinae  
essentiae, ejusdemq̄, impartibili simplicitate, quia enim es-  
sentia divina est impartibilis, & simul infinita, Ideo  
tota est in Patre, tota in Filio, tota in SPIRITU  
SANCTO.

3.  
κατ' ἀφαι-  
ρεσιν, τῆς  
ἐπιρροῆς  
σως.

CGXXXIX. Hinc tertio etiam patet, quod insuper in  
Argumento hoc fallat consequens sophismate ὡς τὸ τὸ  
δύο ἐρωτήματα ἐν ποιεῖν secundum plures interroga-  
tiones,



tiones, unde distinctarum questionum insidiosa oritur confusio. Alia enim est questio, an Deitas tota sit in Patre, id quod nos juxta analogiam fidei libentissime concedimus, Alia verò, quando queritur: An Deitas tota sit in Patre, exclusis reliquis personis, ita ut non simul etiam sit in Filio & SPIRITU SANCTO, quod quidem Photiniani pro confesso sumunt, cum tamen vel maximè prius erat demonstrandum, unde rursus nova nugatoria ipsorum sophisticatio in hoc argumento deprehenditur.

CCXL. Quarto deniq. vitiositas hujus argumenti perfacile imò facilius liquet, si ad formam syllogismi Categorici redigatur, qui talis erit:

Omnis sive tota essentia divina est Pater.

Filius & SPIRITUS S. sunt essentia divina.

Ergò Filius & SPIRITUS S. sunt Pater, aut vice versâ nullam habebunt divinam essentiam. Quis verò adeò barbus aut stupidus, ut non videat meras esse particulares. Major enim, etiamsi videatur esse καθ' ὅλας, non tamen commodè poterit resolvi in hanc verè universalem: Quicumq. est essentia divina absolutè, is est Pater. Etsi enim, ut modo dictum est, persona nihil differant à communi Deitate, adeò ut de singulis personis verè dicere possim, quod essentia divina, (quæ simpliciter una est, individua ἀδιαιρέτως ἡσ) ἀνείρησθη) sit tota in Patre, tota in Filio, tota in Spiritu Sancto, exclusivè tamen hoc de personis verè dici non potest. Sic enim una persona ab istâ Deitate communi excluderet alteram, id quod simpliciter falsum, neq. in Theologia ullo modo potest subsistere.

4.  
κατὰ θεῖ-  
ξιν τῆς ἐν  
μέρει αἰα-  
πολῆς θίας.



ARGUMENTUM TERTIUM  
tale est.

Argum. I II.

Solus pater  
est Deus E.

CCXLI. Si solus Pater Deus est absolutè, sequitur  
*Spiritum Sanctum* non esse Deum.

Atqui solus Pater Deus est absolutè.

Ergò *Spiritus Sanctus* non est Deus.

Socinus.

*Argumentum hoc habet Socinus in Tract. de Deo, Christo & Spiritu s. p. 6. & 7. Sic enim ait: Quòd Pater tantum sit ille unus Deus inexpugnabilis, ratio videtur, quòd millies simplici Dei nomine, quando substantiam ipsam significet, Deus tantum Pater certissimè intelligitur. Nunquam autem cum prædictâ ratione simplex Dei nomen est positum, solus Christus seu Filius, solusve Spiritus Sanctus apertè accitra omnem controversiam significatur. Deinde quòd Pater sit ille unus Deus, & quòd in DEI essentia sit una tantum persona probatur in Catech. Racov. cap. 1. de cognit. DEI p. 32. Ex tribus scripturæ testimonijs Job. 17. v. 3. I. Cor. 8. v. 6. Ephes. 4. v. 6.*

Catech.  
Racov:

Responso  
κατὰ τοῦ  
ἔν τῷ σο  
φίσματος  
καὶ διασπῆ  
σεως.

CCXLII. Sed Resp. in singulis locis committi insignia  
*sophismata*, & primùm quidem locum ex Johanne  
cap. 17. v. 3. quod attinet, committunt in eo adversarij  
*turpem fallaciam compositionis & divisionis*. Nam parti-  
culam exclusivam solus non ad subiectum, ut adversa-  
rij volunt: sed ad prædicatum referendam esse, liquet ex  
ipsis fontibus græci textus, qui sic habet: ἵνα γνώσκωσι  
σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, cuius sensus est. Patrem esse  
illum solum & unicum DEUM, de quo Pro-  
pheta testentur, & præter quem non sit alius,  
vitamq; æternam in eo sitam esse, ut Patrem

DOMI-



DOMINI ac Salvatoris nostri illum solum & unicum DE-  
 UM, & CHRISTUM ab eo missum esse rectè agnoscamus.  
 Deinde committunt sophisma ὅτι το πῆ ἡγι ἀπλῶς ἀ δι-  
 cto secundum quid ad dictum simpliciter. Posito enim hoc  
 non concesso particulam SOLES ad subjectum propositio-  
 nis pertinere, & cum pronomine conjungendam, num  
 ideo reliqua persona Trinitatis simpliciter erunt exclu-  
 dende? Minimè gentium. Sensus enim verborum Christi  
 manebit ille, extra Deitatem Patris scil. quam ipse Filio &  
 SPIRITUI SANCTO communicat, non esse ullum  
 DEUM quarendum alium. Iam autem Filius & SPIRI-  
 TUS SANCTUS non sunt extra Deitatem Patris,  
 quia Filius expressè dicitur esse in Patre, imò in sinu Patris,  
 Joh. 14. v. 10. Joh. 1. v. 18. Ideo q̄. eò minus ab hac majestate  
 secludi poterunt. Patet hoc sanè ex ipsa definitione Pa-  
 tris liquidissimè. Etenim si definitionem DEI Patris ex  
 Scriptura fontibus extractam consideres, quid queso Pa-  
 ter aliud est, quam prima Trinitatis persona, ab eterno gi-  
 gnens Filium sibi ὁμοούσιον, & unà cum eo spirans SPI-  
 RITUM SANCTUM &c. Negat à autem hac definiti-  
 one negabitur ipsa Patris aterna Deitas. Et quid opus  
 est prolixiori demonstracione, cum idem evincant ipsissi-  
 ma verba textus, qua apud Johannem sic coherent, ut re-  
 liquas personas includi manifestè pateat. Dicit enim Sal-  
 vator, ut cognoscant te solum verum DEUM & quem mi-  
 sisti JESUM CHRISTUM. Præterea si dicto illo Sal-  
 vatoris excluderetur Filius & SPIRITUS SAN-  
 CTUS, quomodo scriptura sibi constaret, qua & CHRI-  
 STUM & SPIRITUM SANCTUM expressè DEUM  
 nominat. Patet ergò exclusivam solus non opponi Filio, uti  
 nec SPIRITUI SANCTO, qui & inter Deitatem &

Κατ' ἐπιτι-  
 μησιν Ἐπα-  
 ραλοῦ μᾶτῆς ἀντι-  
 θεστοῦ.

ad dictum  
 Job. 17. v. 3.



naturam Patris sunt, eandemq̄ cum ipso communem habent essentiam.

2. Ad Diā  
i. Cor. 8. v. 6.  
Resp. κ̄  
δείξι τῆς  
ἀγνοίας &  
ἐλέγχῃ.

CCXLIII, Ad alicrum dictum ex i. Cor. 8. v. 6. prolatum Resp. committi *sophisma* τῆς ἀγνοίας & ἐλέγχῃ. siquidem verba Apostoli nequaquam opponuntur Filio & SPIRITUI SANCTO, quibus disertè nomina Divinitatis & DEI & DOMINI & cum primis essentiali illud soli DEO conveniens JEHOVA tribuuntur. Paulus enim verbis immediatè sequentibus CHRISTUM expressè DOMINUM vocat, quod Hebræo tetragrammato JEHOVA & sensu & valore correspondet. Et cap. 12. v. 11. SPIRITUM SANCTUM expressè simul & DEUM & DOMINUM confitetur, ut supra dictum & probatum est Thesi 88. 89. 90. sed opponit ista rātummodo dijs λεγομένους de quibus expressè loquitur.

CCXLIV. Unde argumentum hoc usq̄, ad eò nostræ causæ nullum damnum infert, ut potius adversariorū causam miserrimè disperdat & evertat, nostram verò doctrinam omnib. modis confirmet. Paulus n. expressè scribit, nobis vnum esse DOMINUM, videlicet JESUM CHRISTUM. Quemadmodum autem Apostolus hac unitate non excludit à nominis hujus majestate Patrem: sed ob essentialitatem simul includit; Ita pari prorsus ratione Christus predicando Patrem solum verum DEUM non excludit vel se, vel SPIRITUM SANCTUM: sed eandem ob causam potius includit. Notanda igitur venit hic Maxima illa Theologica de exclusivis particulis, quando vni alicui personæ Deitatis singulatim quippiam ascribitur, adjectà particulā exclusivā, Vnus, Solus, vns, quod tales particulæ non opponantur personis reliquis: sed his duntaxat, quæ sunt extra Trinitatis essentiam.

Regula  
Theol.

CCXLV.



CCXLV. Ad locum Ephes. 4. v. 6. Vbi dicitur unus  
 DEUS & Pater omnium, Resp. Esse equivocationem in  
 vocabulo PATRIS, quod hoc loco non personaliter pro prima  
 Trinitatis personâ, qua aliàs Pater respectu Christi dicitur,  
 sumitur: sed essentialiter pro totâ Sacrosanctâ TRINITA-  
 TE, planè ut in Exordio Orationis Dominica, ut & apud  
 Malachiam c. 2. v. 10. Nunquid non Pater unum omnium  
 nostrum, ad quem locum omninò respexisse videtur Apo-  
 stolus, & passim alibi. Quo sensu Filius etiam est Pater  
 noster, Pater scilicet ille aeternitatis Esai 9. v. 6. Et SPIRITUS  
 S ANCTUS, cui in hymno Ecclesiast. piè accinit Ecclesia:  
 Veni Pater pauperum &c. Id quod ex textus Paulini  
 scopo & coherentiâ curvis ad oculum demonstrari po-  
 test.

Resp. ad  
 locum E-  
 phes. 4. v. 6.  
 καὶ θεὸς ἓν  
 τὸ ἐκ τῶν  
 ὡς.

### ARGUMENTVM QVARTVM

IV, Argu.

Ejusmodi est.

CCXLVI. SPIRITUS S ANCTUS est donum DEI,  
 DEUS autem non est donum Dei.

S. S. est donū  
 Dei. E.

Ergò SPIRITUS S ANCTUS non est

DEUS.

Argumentum hoc habet Ostorod in disput. Germ. Tra-  
 del. oppos. parte 1. c. 12. p. 83. Minorem probat tali me-  
 dio, quia, inquit, si DEUS esset donum DEI, sequeretur  
 quod quempiam semetipso priorem & superiorem  
 haberet, cuius donum esset.

Ostorod.

CCXLVII. Resp. Frivola & perquam nugatoria est, &  
 hec argumentatio. Ecquis enim non intelligit, quam  
 ἀσύντως & nullius planè ponderis sit ista hæc ratio, qua  
 in minore adducitur. Eadem enim facilitate  
 concludere possumus contra Ostorodum & ipsius complices

Responsio  
 καὶ ἀσύν-  
 τως ὡς.

SPI-



SPIRITUM SANCTUM non esse virtutem atq. ef-  
ficaciam DEI (uti volunt adversarij) quia & illa aliquem  
superiorem habebit ? Quod quam absurdum sit, nemo  
non videt, cum illa virtus DEI nihil sit aliud, quam ipsa  
DEI essentia, quemadmodum hoc ipse Ostorodus veri-  
tate convictus ultro fateri necesse habet in disp. Germ.  
Tradelio Iureconsulto & syndico Augustano oppos. part.  
2. cap. 12. p. 203. inquires : SPIRITUM SANCTUM,  
quem Deus filiis suis largitur, esse & naturā & essen-  
tiā DEI.

CXXLVIII. Nihil igitur hoc argumentum habet,  
præter inanem verborum strepitum, quin imò adversarij  
causam omnino evertit. Nam si ingenuè credit quod dicit  
Ostorod. SPIRITUM SANCTUM esse de naturā &  
essentiā DEI certè vel hac concessione & hoc & reliqua ar-  
gumenta, quibus hætenus pugnant, corruent. Tenendum  
igitur variis modis aliquid dici alicujus esse, interdum e-  
nim dicitur esse per modum identitatis, ut Scholastici lo-  
quuntur; & sic donum non distinguitur à dante, sed ab eo,  
cui datur, & sic SPIRITUS SANCTUS dat semetipsum,  
perinde ac de CHRISTO legimus 1. Tim. 2. v. 6. Quod  
semetipsum dedit pro nobis, & nihilominus Rom. 8. v. 32.  
Job. 3. v. 16. dicitur, quod pater ipsum dedit. proinde  
limitanda erit isthæc propositio, quicunq. ita datur, ut non  
semetipsum det, is videtur semetipso quempiam superio-  
rem habere. At SPIRITUS SANCTUS ita est do-  
num DEI, ut semetipsum det, teste enim Augustino,  
dici is non potest non esse suæ potestatis, de quo dictum est,  
Spiritus ubi vult spirat, Et paulus disertis verbis perhi-  
bet de SPIRITU SANCTO quod omnia operetur  
unus atq. idem SPIRITUS, dividens propria unicuiq.  
pro ut

2. Κατ' αὐ-  
τὸ λεγέ-  
μενον.

3. κατ' ἀνά-  
γκην τῆς  
Φρονησεως  
εἶναι αὐτοῦ.

4. κατ' ἀνάγκην  
διορισμὸν  
τῆς προτά-  
σεως.



prout vult. Propositione igitur hac sic explicata à ultrò con-  
cidit, quod exinde infertur.

CCLIX. Deniq; etiam cum Spiritus Sanctus do-  
num dicitur, observandum, illud potissimum de Sanctifi-  
cantibus effectibus SPIRITUS SANCTI accipi, Vbi si-  
mal etiam ambiguitas vocabulorum tum DEI tum et-  
iam prioritatis aut superioritatis in hoc argumento nota-  
nda erit. DEUS n. quandoq; essentialiter, quandoq; persona-  
liter usurpatur. Prius autem & superius aliquid dicitur  
vel temporis vel dignitatis, vel ordinis etiam respectu.  
Temporis autem respectu aeternus Pater Filio & S.S. prior  
& superior non est, nam & Filius & SPIRITUS S.  
sunt aeternus ille DEUS, neq; dignitate, quia omnes tres  
personae sunt equalis gloriae, maiestatis & potentiae: sed or-  
dine tantum, quod SPIRITUS SANCTUS scil. per-  
sonali sua origine sit à Patre & Filio, & hinc etiam tertia  
Trinitatis persona numerari consuevit.

#### ARGUMENTUM QUINTUM

sic habet.

CCL. Quicumq; omnia habet ab alio, & mitti-  
tatur ab alio, is minor est eo, à quo omnia habet, &  
à quo mittitur.

Sed SPIRITUS SANCTUS omnia  
habet ab alio, mittitur etiam ab alio, videlicet à Pa-  
tre & Filio.

Ergò est minor Patre & Filio, & per consequens  
non est verus DEUS.

Argumentum hoc, unà cum sequenti, commune ha-  
bent Photiniani cum antiquis Arianis.

CCLI. Sed Resp. si singula praemissa accuratius  
o expen-

s. Καὶ ἐν-  
δίλωσιν  
ambiguita-  
ris vocabu-  
lorum. Do-  
mi Dei. Item  
prioritatis  
& posteriori-  
tatis.

V.

Argumen-  
tum S. S.  
est & mit-  
tatur ab a-  
lio, E.

Responsio.



Ad maiore  
καθεσδι.  
οεσμον.

expendantur, patet ad oculum cuiusvis, collectionem hanc  
vero Elencho destitui, ac proinde frustra patrocinium sub  
ignoratione Elenchi queri. Major n. non est completè v-  
niuersalis: sed vera tantum de eo, qui omnia quidem habet  
ab alio, non tamen omnia habet, quæ alius habet, & qui-  
dem non naturâ: sed ex gratiâ: falsa autem de eo, qui non  
solum omnia habet ab alio: sed etiam omnia habet, quæ a-  
lius habet, à quo accipit, & qui à naturâ habet non ex  
gratia E.G. Si in rebus humanis Princeps aliquis iure suc-  
cessionis hereditaria non tantum omnia habeat à Patre:  
sed etiam omnia habeat, quæ pater habuit, certè non pote-  
rit patre suo esse inferior. Iam verò SPIRITUS SAN-  
CTUS omnia habet quæ pater habet & Filius Jo. 16, v.  
14. & 15. Et quidem naturâ, non ex gratia, Ergo pater  
& Filio SPIRITUS S. non erit inferior: sed potius  
per omnia æqualis. Missionem quod attinet nihil & illa  
dignitati SPIRITUS SANCTI derogare potest, siqui-  
dem etiam in humanis æqualis ab æquali mitti potest, &  
ex communi consensu & decreto sese submittere & inferi-  
us officium exequi, quæ tamen missio & obedientia (ut  
cum Cyrillo loquamur) non tollit æqualitatem potentie.

Instancia.

CCLII. Neq; vel tantilli æstimandum est objectum  
illud, quod urgent Photiniani, excipientes, missionem  
semper esse alium à mittente, quod si autem SPI-  
RITUS SANCTUS mittatur à JEHOVA, sequi,  
Spiritum Sanctum non esse ipsum JEHOVAM.

Resp. καθεσδι  
ξιν εσο  
φισιατου  
καθεσδι το ε  
πομενον.

CCLIII. Respondetur enim, ipsos ludere sub sophismate  
καθεσδι το επομενον Vera enim est major tantum in rebus &  
personis creatis & finitis: non autem in divinis. Nam pa-  
trem unâ cum Filio & SPIRITUS SANCTO unum  
esse JEHOVAM, & Filium & SPIRITUM SAN-  
CTUM



ctum unam communem cum Patre habere essentiam patet tum ex superioribus, tum etiam patebit, ex responsione nostra ad argumentum primum Photinianorum, quo personalitatem SPIRITUS SANCTI impugnant. Deinde etiam ludunt in hac instantia adversarij sophismate  $\omega\delta\epsilon$  τὴν οὐνοῦλα, que oritur ex confusione essentie & persone, alius quidem est mittens alius missus, verum non essentia sed persona. Ideoq; & qui mittit & qui mittitur est verus JEHOVA. Ut nihil iam dicam, quod vocabulum ipsum JEHOVA bifariam sumatur vel  $\delta\sigma\omega\delta\omega\delta\epsilon$  vel  $\omega\sigma\omega\tau\alpha\tau\omega\delta\epsilon$ , quando igitur SPIRITUS S. dicitur mitti à JEHOVA. JEHOVA nomen non essentialiter: sed personaliter usurpatur.

2. καὶ ἐπιτημον τὸ οὐνοῦλα.

### ARGUMENTUM SEXTUM

Photinianorum pro destruenda Divinitate S.S.

cCLIV. DEO non convenit more precantium se demittere.

Sed SPIRITUS SANCTUS precatur & orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8. v. 26.

VI. Argum. S.S. orat pro nobis, E

Ergo SPIRITUS SANCTUS non est DEUS.

cCLV. Resp. Committitur error amphibologias in Minore hujus Syllogismi  $\omega\delta\epsilon$  τὸ ἄνω τῆς λέξεως, fallacia figura dictionis ex falsa interpretatione verborum Apostoli. Phrasis enim, orare pro aliquo, non semper unam & eandem significationem obtinet, accuratè igitur dispendendam, quemnam sensum in hoc dicto, partim totius loci & textus περιουσι sive subjecta materia, partim vero analogia fidei admittat. Iam si verba textus penitus introspiciamus, (qua sic sonant: SPIRITUS

Responsio καὶ δεξω τῆς αμφίβολογίας ἐν φράσει ὀραρε πρὸς aliquo,



Quomodo  
S. S. orat.  
pro nobis.

SANCTUS auxiliatur infirmitatibus nostris, siquidem hoc ipsum, quod oraturi sumus, ut oportet, non novimus: Verum ipse SPIRITUS intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus) patet, quod hac phrasi indicetur non quid immediate & per se agat SPIRITUS SANCTUS: sed quid in nobis efficiat, aut ad quid nos impellat, sensus enim est: Cum ea sit virium nostrarum infirmitas, ut arumnarum mole pressi haud rari nesciamus, quid & quomodo precari conveniat, ipse SPIRITUS SANCTUS à Christo promissus & effusus in corda fidelium, non modo fidelem & pium se praestet: sed etiam ad gemendum & orandum nos impellat, mentemq. ac linguam nostram ita dirigat, ut suspiria & vota DEO grata & accepta fundamus, ut hoc loco gemere & Orare nihil sit aliud, quam ad gemendum & orandum nos impellere, quo sensu v. 15. ejusdem cap. dixit Apostolus: Accepistis SPIRITUM adoptionis, per quem clamamus Abba Pater. Nihil igitur hac ipsa <sup>συνεπιμαρτυρε</sup> patrociniatur Ne Arianorum delirio, qui hoc nomine SPIRITUM S. suam Deitate privare volunt, quod pro nobis intercedat, quasi non etiam aequalis apud aequalem intercedere possit, ut potius disertis verbis hanc blasphemiam diluat Apostolus, dum interpellationis modum exprimit, quod fiat gemitibus inenarrabilibus. Iam verò tales gemitus & affectus in SPIRITUM SANCTUM non cadunt, ergo orare dicitur, quod nos orare faciat, dum has preces, hos gemitus in nobis excitat, format, dirigit, quemadmodum etiam in Epistola Gal. 4. v. 6. clamare dicitur, quando nos clamare facit. Vti igitur Deitate Filij nihil decedit, quando pro nobis intercedit, ita nos ad regem scilicet, persolvendo, ut justitia DEI satisfieret, ita SPIRITUI SANCTO nihil quicquam derogatur, quam-

Ratio à  
pari.



quando interpellat pro nobis vivuntur corda nostra ad rectè precandum movendo, nec nen ardens desiderium exauditionis liberationis ac salutis in nobis accendendo, quod Paulus suspiriorum inenarrabilium mentione exprimere voluit. Unde jam alterum etiam sophisma in hoc argumento deprehèditur, dū planè vitiosa instituitur hæc collectio: Spiritus S. orat, id est, facit nos orare, Ergò more precantium se dejicit & consequenter non est DEUS.

#### ARGUMENTUM SEPTIMUM

CCLVI. Si SPIRITUS SANCTUS esset DEUS, tunc etiam reliquis personis Divinitatis annumeretur.

Sed SPIRITUS S. non annumeratur reliquis personis.

Ergò Spiritus Sanctus non est Deus.

Minorem probant, quia, inquit, Paulus in omnibus fermè suis Epistolis salutando eos ad quos scripsit, Gratiam eis & pacem precatur à DEO Patre, & Domino nostro Jesu Christo, nullibi faciens mentionem Spiritus Sancti.

CCLVII. Verum, ut brevissimè & sufficientissimè Respondeam: Committitur hic fallacia causæ, quæ enim per Deum immortalæ militat consequentiæ ratio? Aut quænam est necessitas quòd Spiritum Sanctum semper & ubiq; cum Patre & Filio conjungi oporteat, aliàs enim sequi ipsum non esse unius & ejusdem cum ipsis essentiæ? Novæ conjungitur in formulâ baptismi, in ipso aditu nostri Christianismi, ubi Christo Salvatore nostro nomina damus, & mediante S. Baptismatis lavacro in Ecclesiæ gremium cooptamur? Nonne alibi quoq; conjungitur?

0 3

Nonne

Argum VII.  
S. S. reliquis personis divinitatis non ubiq; connumeratur. E.

Responso  
κατὰ δει-  
ξιν τῶ πα-  
γαλινο-  
υ ἢ μὴ αἰ-  
λις ὡς αἰ-  
λις.



2.  
κατὰ δει-  
ξιν τῆς α-  
νακόλης

Obiectio  
ex Luc. 9. 6.  
26. Joh. 8. 6.  
15. 1. Tim. 5.  
6. 27-

Responsio  
καὶ ἀρνη-  
σιν τῆς α-  
νακόλης

Nonne Paulus 2. Cor. ult. v. ult. Ecclesie Corinthiaca, cui inscripserat Epistolam, Gratiam Domini nostri J E S U Christi, Caritatem DE I Patris, & Communicationem Sancti Spiritus comprecatur? Frivola igitur & perquam nugatoria est haec ipsorum argumentatio, quae nisi prodigiosam ἀρρωσίαν τῆς διαβολας, & omnibus quidem doctis videndam manifestè produnt. Quemadmodum enim non sequitur, in multis scripturae locis nominato Filio & Spiritu Sancto non nominatur pater, Ergò pater, non est Deus (solidam enim & ineptam esse hanc argumentandi rationem ne ipsi quidem negabunt adversarij) ita viceversa non minus stulta & stolidi haec est ipsorum collectio, in multis scripturae locis nominatur pater & Filius, neq. annumeratur Spiritus S. Ergò Spiritus S. non est DEUS.

CCLVIII. Nihil quicquam igitur proficiunt adversarij, quando in primis hic tanquam Gorgonis cap. obiectat illud Christi Luc. 9. v. 20. & Joh. 8. v. 16. & 18. ubi se & Angelos item se & Patrem conjungit omisâ mentione Spiritus Sancti, id quod etiam Paulus facit 1. Tim. 5. v. 21. prætendentes: Si Spiritus S. verè esset Deus, utiq. & illis connumerari debuisset, idq. tantò magis, quantò est Angelis præstantior. Constat enim ex his, quae modo disputavimus, meram hoc esse commentum cerebri humani, nullamq. prorsus rationem consequentia. Quod enim Christus se & patrem conjungit Joh. 8. v. 16. 18. Id facit ideo, quia tum ipsi controversia erat cum pharisaeis & Judaeis, de sua personâ, ubi sanè ad patris testimonium provocat, siquidem pertinaciter se se ipsis sermonibus opponerent, dicendo, nullius testimonium recipiendum, qui





qui de se ipso testetur, si quidem propria laus fordeat, juxta vulgare illud & sermone tritum adagium. Quod autem Luc. 9. v. 26. se & Angelos conjungit, id ideo fit, quia verba ibi sunt de extremo judicio, cujus judicem futurum esse novimus Filium hominis, cui à Patre data est hæc potestas, Joh. 5. v. 22. Executores autem habebit ipsos Angelos sanctos, & hi advocantur à Paulo in testimonium, quod tamen Divinitati Spiritus S. nihil quicquam derogare potest.

ARGUMENTUM OCTAVUM

CCLIX. Verus Deus invocatur per Mediatorem.

SPIRITUS S. non invocatur per Mediatorem.

Ergo SPIRITUS S. non est Deus.

*Argumentum hoc primus protulisse dicitur Georgius Blandrata Medicus Italus in disputatione habitâ à Alba Julia in Transylvania Anno 1568. Ubi hæc plane Thraconicis verbis illud proposuit inquit: Unicum vobis saltem argumentum proponam, illud si potestis solvere, vicistis. Proposui illud Johanni Calvino Geneva, sed non potuit solvere, neq; justâ responsione se extricare, fortassis nec vos potestis.*

CCLX. Verum nullo negotio ad hoc argumentum satis quidem audacter & spendide, sed sophisticè prolatum responderi potest, committi scilicet fallaciam in illis casibus, id quod facile demonstrari potest, si scilicet distingvatur inter invocationem absolutam & relatam, que distinctio ab invocationis objecto desumpta est. Absolutam dicimus eam, que dirigitur ad Deum sive ad totam Trinitatem absolute, & hæc omnino competit tam Filio, tam SPIRITUI SANCTO, quam Patri, quâ ratione omnes tres persone

in-

Argu. VIII.  
S. S. non invocatur per Mediatorum E.  
G. Blandrata.

Responsio  
κατὰ  
δείξω τὴν  
ὀρθολο-  
γίαν τὴν  
αὐτῶν  
ἀντιθ.  
Invocatio  
alia absolu-  
ta alia re-  
lata.



invocantur per Mediatorem. Relata verò invocatio ea est, quæ dirigitur ad certam aliquam personam, atq; ita invocari per Mediatorem ordine quodam primo competit Patri, qui est veluti principium consilij & ordinis in placando genere humano, postea etiam competit Filio consilium illud exequenti, & deniq; Spiritui Sancto, quatenus eadem est Patris & Filij voluntas de genere humano redimendo, à quâ voluntate SPIRITUS S. procedit.

Instantia  
Goslavj.

Responsio  
καὶ ἐκ δὴ  
λασιν τῶν  
καρπομέ-  
των.

CCLXI. Nullius autem teruntij est instantia Goslavj, quâ dicit falsissimam esse hanc distinctionem. Nullam enim esse absolutam invocationem, siquidē nulla invocatio possit esse sine respectu. Merum enim hoc purum putum & palpabile est sophisma. Etsi enim concedamus, nullam dari posse invocationem sine respectu, non tamen ideo sequitur. Ergo omnis invocatio propriè est in relatione, ita enim nihil quicquam esset in rerum naturâ, quod non propter adjunctum aliquem respectum ad relationis prædicamentum pertineret: Sed invocatio per se manet actio in se considerata una & simplex, quia verò duplicem considerationem admittit ratione Objecti, relatam & absolutam, vel enim invocamus Deum absolutè, in sua essentiâ, vel ad certam personam Deitatis nostram invocationem dirigimus: ratione, inquam hujus objecti merito invocatio alia absoluta alia-relata dici potest.

Alia objectio  
eiusdem  
Goslavj.

Responsio  
καὶ τῶν  
ἐν τῷ  
σικατῶ.

CCLXII. Verum objicit ulterius, Deum absolutè sive in essentiâ non posse invocari, sed tantum in persona quia essentiâ suâ non intelligat nec velit, si distinctè à personâ consideretur.

CCLXIII. Sed Resp. blasphemum esse, Dei essentiâ facere



facere ἀλογον sive brutam, quæ nihil intelligat, præsertim cum sciat adversarius, per essentiam h. l. non intelligi illam essentiam, quæ quasi constituit Deum ( ut αὐτῶν ποπῶς loquamur ) quæ tamen & ipsa est intelligens natura, sive abstractè à personis consideretur: sive concretivè cum illis: Sed per essentiam DEI qua invocari dicitur nihil aliud intelligimus, quàm omnes tres personas DEITATIS simul sumtas, quando igitur hæ tres personæ simul invocantur, tunc dicitur invocatio absoluta, quia ad Deū absolutè, nō verò ad certā personam relatè dirigitur.

CCLXIV. Sed alio modo instant Photiniani:

Ut: inquit Filius nō potest sui ipsius esse Mediator, ita quoq; nō potest per semetipsū, invocari, si a. Filius nō potest invocari per semetipsū multò minus SPIRITUS S. Consequens igitur esse solum Patrem esse verum illum Deum, qui invocandus sit per Mediatorem.

CCLXV. Verūm falsitas & futilitas hujus collectionis etiam perfacilè deprehenditur, si principium hujus cavilli rectius attendatur. Quàm enim ineptum sit ab officio Mediationis ad invocationem colligere, quisq; pius facile intelligit. Falsissimum autem quod præsupponunt, Filium scil. non posse esse sui ipsius Mediatorem, neq; posse ideo etiam per semet ipsum invocari. Etsi enim ratio hæc in humanis locum habere videatur, ubi nunquam pars læsa, sive offensa quatenus læsa, alterius partis noxam atq; culpam in se derivari facile patitur, nedum ut pro eā satisfaciatur, licet secundum voluntatem reconciliationis Christiana unusquisq; etiam is, qui læsus est, pro miserisordia in reum condonare teneatur & apud alios pro ipso intercedere, sicuti hanc ven-

Alia Photiniana.  
Instantia.

Responsio 1.  
κατὰ θεῶν  
ἐν τῷ ἀ-  
καλοῦ θῦ.

2.  
κατὰ διὰ-  
κρίσιν  
inter res hu-  
manas &  
Divinas.



Illustratio  
per exemplū.

sicuti hanc rem venustā similitudine declarare possumus  
petitā à Senatu, Ubi sistorus Senatus lesus est à  
civibus, potest unus ex numero Senatorio surgere, & sal-  
vā suā dignitate atq; loco apud reliquos suos Collegas Me-  
diator esse, spondendo pro civibus reis. Hic Senator, eti-  
am si sit pars lesa, quatenus consideratur ut membrum  
ordinis Senatorij, potest tamen Mediator esse, quatenus  
in relatione consideratur, ad cives reos, quorum ipsum  
miserabat: Eadem ratio est in personā Filij DEI, du-  
plicem enim is habet respectum, vel ut pars lesa, quate-  
nus consideratur in se ut verus & aternus Deus, cuius ju-  
stitia per peccatum lesa fuit. Idem verò est simul Media-  
tor & Intercessor si consideretur in relatione ad genus hu-  
manum, cuius culpam & panam in se sponte suscepit i-  
deo, quia ipsius illum miserabat. Posito autem hæc in hu-  
manis ita sese haberent, ut nemo possit esse sui ipsius Medi-  
ator, scimus tamen, quod in foro divino longè alia sit ra-  
tio, ibi n. obtinet admirandum illud planè & imperscruta-  
bile, decretum individue atq; adorandæ Trini-  
tatis, quod ad fori humani conditionem per omnia  
minimè quadrat. Quia enim hominem peccata pari mo-  
do impingebant in aternam justitiam Filij, quo in justiti-  
am Patris ac Spiritus Sancti, ideoq; Filius Mediationis o-  
pus suscipiens & exequens sibi ipsi quoq; & sic pars offen-  
sa sua proprie quoq; justitiæ satisfacere, & hoc pacto mit-  
tendum sibi ipsi reconciliare debuit, juxta oracula Spiritus  
S. omni exceptione majora, quæ sic habent 2. Cor. 5. v. 18.  
Deus nos & vtrūq; sibi ipsi reconciliavit per CHRISTUM,  
& v. 19. DEUS erat in CHRISTO mundum sibi ipsi  
reconcilians. Et Col. 1. v. 20. DEUS per Christum re-

con



conciliavit omnia ad ipsum pacificans per sanguinem  
crucis eius, sive qua in terris sive que in caelis sunt.

CCLXXI. Proinde uti falsum est, quod praesupponunt  
adversarij, Christum non posse esse sui ipsius Mediator-  
rem, ita falsum etiam, quod praeter omnem rationem in-  
de extruunt, quod Filius non possit per semetipsum invo-  
cari. Falsissimum autem, quod porro inserunt, Ergo nec  
Spiritus S. sed soli Deo Patri hoc deberi honoris & re-  
verentiae, ut invocetur per Mediatorem. Licet enim Fi-  
lius Mediator & intercessor apud Patrem esse dicatur,  
& per hunc Mediatorem etiam Pater invocetur, hoc  
tamen non dicitur simpliciter: sed certo quodam re-  
spectu, quia Pater est fons omnium consiliorum & ope-  
rum divinatorum, quia autem omnium trium personarum,  
ut una est essentia, ita una quoque, & per omnia consen-  
tiens voluntas, ideo Filius & SPIRITUS SANCTUS  
non possunt non idem velle & efficere quod Pater, & pro-  
inde nec Filius nec Spiritus S. ab hoc Mediationis &  
invocationis officio possunt seclatari. Filius enim placatur  
& invocatur, ut propter suum illud sacrificium in ara  
crucis peractum nos clementer respiciat, nostri misere-  
atur, peccata condonet, & cuncta qua petimus, beni-  
gne largiatur. Pater autem & S. S. invocatur ut pro-  
pter meritum & satisfactionem Christi nos in gratiam  
recipiant, licet actio (ut modo dictum) Filij satisfaci-  
entis pro nobis non respectu sui ipsius aut respectu  
Spiritus S. mediatio aut intercessio dicatur: sed  
respectu DEI Patris, qui est fons & origo operum o-  
mnium divinatorum, omnis item gratiae & bonae vo-  
luntatis, vita denique & Salutis aeternae, quae

Quare Deus  
Pater im-  
primis in-  
vocetur per  
Mediatorem



Per Filium & S. S. sancta per agit atq. operatur. Ma-  
net igitur firmum & fixum omnem invocationem fieri  
debere per Mediatorem, sive quod idem est, fiducia Me-  
diatoris, & verè ita etiam fieri posse, sive ad Patrem,  
sive ad Filium, sive ad Spiritum Sanctum invocatio  
dirigatur.

### ARGUMENTUM NONUM

CCLXVII. Ad quem solennes Ecclesiæ preces non  
diriguntur, is non est verus Deus.

Ad Spiritum Sanctum solennes Ecclesiæ preces  
non diriguntur.

Ergo Spiritus Sanctus non est Deus.

*Argumentum hoc habet Moscorovius, Smalcius & a-  
lij. Dicunt enim Filium Dei in Evangeliiis frequen-  
ter orasse Patrem, Apostolos etiam admonuisse, ut  
Patrem orent in nomine Filij, formulam etiam o-  
randi hanc præscripsisse Pater noster &c.*

CCLXVIII. Sed rectissime respondetur argumentum  
hoc ex falsa hypothese procedere, ac proinde turpiter ad-  
versarios petere principium. Opponimus enim huic asser-  
tioni ipsorum cantiones & collectas Ecclesiasticas, ex qui-  
bus constat antiquissimis etiam Ecclesiæ temporibus Spi-  
ritum S. ab Ecclesiâ publicè fuisse invocatum, utq. de  
certitudine hujus assertionis eo minus quis dubitare  
possit, adducemus quedam Patrum testimonia, qui om-  
nes pari honore Spiritum S. cum Patre & Filio glori-  
ficarunt. Opponimus etiam doctores Ecclesi-  
asticam, qua sic sonat: Gloria Patri & Filio &  
SPIRITUI SANCTO. Eam autem non recentem  
sed Arii & Macedonij hæreticorum tempo-  
ribus

Argum. IX.

S. S. non in-  
vocatur.

E.

Moscorovig.  
Smalcius.

Responsio  
na. ad  
theor.  
precatio-  
num anti-  
quissimarum  
ad Spiritum  
Sanctum.

doctores  
Ecclesiastica.



ribus multo antiquiorem esse, testis est omni exceptione  
major Basilio, qui hujus rei testis adducit Patres vetustissi-  
mos, Irenæum, Clementem Romanum, Dionysium  
Alexandrinum, Eusebium Palestinum, Origenem,  
Africanum historicum, Athenogenem Martyrem,  
Gregorium Magnum, Neo Cæsariæ Episcopum,  
Firmilianum Cæsariæ Episcopum, Miletianum  
quos omnes, ait SPIRITUM SANCTUM Patri &  
Filio in glorificatione conjunxisse, ipsdemq. adjungit ori-  
entales omnes & occidentem totum ab Illyrico ad fines  
orbis nostri, nisi in precibus Ecclesiasticis sive collectis no-  
minatim SPIRITUM SANCTUM antiquissimis  
temporibus invocatum fuisse patet ex Justino, Cyrillo,  
& imprimis ex collectâ octavâ Pentecostes, ubi expresse  
hæc verba leguntur: Adspira Sancte SPIRITUS & du-  
cito nos in portum veritatis &c.

Collectâ.

CCLXIX. Quod insuper addunt adversarij Fili-  
um ipsum solum Patrem adorasse, dicimus ut supra  
quoq. dictum est, magnam esse diversitatem in hoc exem-  
plo. Non enim Christus ideo Patrem solum invocavit, ut  
nobis quoq. solum Patrem suo exemplo invocandum  
esse doceret: sed quia ut mediator orabat, & ea peragebat  
quæ ad Mediatoris officium pertinebant, ideo ad Patrem  
orationem suam direxit.

Instantia.

Resp. xj  
δὲ τὴν τῆ  
ἐξ ἁλο-  
γισμῶν μὴ  
ἀλλῶς ὡς  
ἀπὸ αὐτῶν.

CCLXX. Quod formulam orandi à CHRISTO  
prescriptam concernit, quam & hoc loco urgent  
adversarij, nulla nos urget necessitas, ut patri vocabu-  
lum in eâ personaliter accipiamus: siquidem in eâ nulla fit  
personarum distinctio. Is enim in Scriptura locis vocabu-  
lam patris ~~non~~ sumi piè creditur, ubi persone ad  
invicem discernuntur. Ubi verò nulla fit personarum dis-

Instantia  
de formulâ  
Orationis  
Dominicæ.



Vox Patris  
ἡσυχαστικῶς  
accipitur  
hoc in loco.

Ratio huius  
assertionis.

cretio, sed describuntur saltem vel opera DEI externa,  
vel beneficia singularia erga creaturas, ubi ἡσυχαστικῶς voca-  
bulum patris sumendum esse, pro tota Sacrosancta TRI-  
NITATE recte monent orthodoxi nostrarum partium  
Theologi. Ex quo sane principio satis luculenter patet no-  
men patris in hac orandi formulâ ita usurpari, ut tres  
personae simul intelligantur, Pater scilicet, Filius & SPI-  
RITUS SANCTUS. Id quod ex eo insuper etiam  
apparet, quod in exordio illius orationis non simpliciter  
Pater CHRISTI: sed Pater noster dicitur. At Pater  
noster est tota Sacrosancta TRINITAS. Deinde inter a-  
lia petimus etiam adveniri regnum Dei, remitti à Deo  
peccata nostra, jam verò CHRISTI est regnum I. Cor.  
15. v. 24. CHRISTUS etiam remittit peccata Matth. 9.  
v. 1. & 6. Ergo ad CHRISTUM quoque ista oratio dire-  
cta est, & consequenter non ad solum Patrem, uti volunt  
adversarij.

Replica ad  
versariorū.

Responsio  
ἡσυχαστικῶς  
ἡσυχαστικῶς.

CCLXXI. Quod si aures omnino urgeant & con-  
tendant fieri non posse, quin in oratione ista prima  
Trinitatis persona quæ Pater dicitur speciatim in-  
telligatur: Tamen reliquæ personæ vel ideo excludi ne-  
queunt, quia pater æternus non potest esse sine Filio & Spi-  
ritu coæterno, imò noster pater nec dici nec intelligi potest  
sine Filio satisfaciente & peccata nostra expiante, & sine  
SPIRITU SANCTO fidem in nobis accendente, &  
amorem illum patris ac satisfactionem Filij nobis obsi-  
gnante.posito igitur non concessio, CHRISTUM tum  
temporis, quo erat adhuc in statu humiliationis hunc ho-  
norem retulisse ad patrem, tanquam ad fontem omnium  
consiliorum & operum divinarum, ut ostenderet, se à pa-  
tre missum esse, & nihil nisi quod ad gloriam patris perti-  
neret,



neret, docere, nunquam tamen ita patrem invocandum  
esse dixit, ut se & SPIRITUM SANCTUM invo-  
candum esse negarit: Siquidem exempla sunt obvia,  
Matth. 15. v. 22. & alibi, quod etiam in statu humilitati-  
onis constituti invocantes se non prohibuerit, aut illud im-  
probarit.

## ARGUMENTVM DECIMVM

& postremum in hac classe

illud est:

CCLXXII. Patres complures non agnoverunt  
Spiritus S. pro DEO.

Ergo Spiritus S. non est DEUS.

Argumentum hoc habet Smalcus in refut. thesum D.  
Schoppei, ubi probare nititur ante Athanasium do-  
ctrinam de Trinitate ad eum quod Divinitate SPIRITUS  
SANCTI simpliciter ignotam fuisse.

CCXXIII. Resp. per inficiationem, Quamvis  
enim urgeant adversarij primorum seculorum patres si-  
dem de DEO uno & trino non habuisse, id quod ex Igna-  
tiji, Iustini, Tertulliani, verbis quibusdam obscurioribus  
probare nituntur, quos garrunt nihil quicquam scivisse  
de Trinitate, & consequenter etiam de DEITATE SPI-  
RITUS SANCTI facilis tamen est responsio, si initio  
notetur, quo sensus patres allegent, & in primis quod patres  
allegati plerumq. ex ἑσοληθῶς id est, ex sensu Sophista-  
rum loquantur, unde per peram postmodum, imo per dete-  
standum crimen falsi ad ipsam mentem & sententiam pa-  
trum instituitur collectio.

CCLXXIV. Deinde adducunt saltem dicta quadam  
obscura, omissa interim per insignem fraudem cla-  
ra &

X. Argum.

Patres non  
agnoverūt  
S. S. esse De-  
us E.

Smalcus.

Resp. κατ'  
ἀγνωσιν.

Perverfitas  
& malitiae  
adversari-  
orum.



ra & expressa doctrina, quam dicti Patres de Trinitate  
scriptis suis consignarunt, cum tamen obscura illa dicta per  
clariora explicanda, neq. clarissima doctrina illorum pro-  
pter aliquos obscuros loquendi modos simpliciter abjicien-  
da sit.

Patrum  
nervi & er-  
rores.

Responsio  
ad autori-  
tatem Hi-  
larij.

2. Καὶ ἐπὶ  
ἀγῶνιν  
contrario-  
rum exem-  
plorum.

CCLXXV. Imò posito, remita se habere cum quibus-  
dam patribus. Nostram enim non est omnes patres ubiq.  
defendere, siquidem Sathanas jam inde à lapsu primorum  
parentum varias ἐπεὶ ἐποδοσκαλίας in Ecclesiam DEI in-  
vexit, neq. per manifestos duntaxat hereticos; sed etiam  
in sanctissimorum patrum Ecclesia per ipsos patres, dum  
nonnulli vetustissimorum etiam patrum eò sive incogitantia  
sive erroris progressi sunt, ut cum manifestis hereticis  
in hoc doctrina capite conspirarint, sicuti potissimum  
urgent Photiniani auctoritatem Hilarij, qui licet. 12.  
libros de TRINITATE conscripserit, nusquam  
tamen SPIRITUI SANCTO DEI nomen tribue-  
rit. posito, inquam, hac ita esse, Hilarium cum πρὸς  
τοὺς ἀγῶνας conspirasse; posito etiam, antiquissimos Patres in  
hoc articulo errasse, quod tamen nondum satis demonstra-  
runt adversarij, sciunt tamen, nunquam nos ita juratos  
esse in auctoritatem unius aut alterius patrum, ut in ipsorū  
gratiam manifestos errores nobis obrudi patiamur. Suf-  
ficit B. Apostolus hanc fidem docuisse, quos constat ad  
mandatum ipsius Salvatoris Baptizasse in nomine Sacro-  
sanctæ & individuae Trinitatis Patris Filij & SPIRITUS  
SANCTI, Matth. 28. v. 19.

CCLXXVI. Ut autem pius quisq. videat, purum putum  
& palpabile esse mendacium, quod obtendit Smalcus,  
patres scilicet ante Athanasium non agnovisse Trinitatem,  
neq. SPIRITUM SANCTUM pro vero DEO, non om-  
mitte-



mitteremus hic unius atq; alterius Patris proferre testimonium, ex quo liquido appareat, nullum dubium moveri posse, de fide illorum in DEUM trinum & unum. Videatur igitur, & quidem in primo statim seculo præter Apostolos Prochorus, qui fuit B. Johannis Evangel. & Apostoli discipulus Anno D. 97. Item Ignatius Antiochenensis Archiepiscopus sirus, qui & Theophorus appellatus fuit.

In primo  
seculo lega-  
tur.  
Prochorus.  
Ignatius.

CCLXXVII. In altero seculo Patrum, eandem fidem Trinitatis defenderunt, Justinus Philosophus Christianus & Martyr, tom. 3. exposu. Cathol. fid. de S. Consubstantiali Trinitate. Irenæus Lugdunensis Episcopus in Gallia adversus hæreses Valentini & similia lib. 1. c. 2. Item Theophilus Antiochenensis Patriarcha in comment. super 4. Evangel. lib. 1. Clemens Alexandrinus lib. 1. paedag. c. 6. Tertullianus, Carthaginensis Presbyter advers. Praxeam lib. de Trinit. c. 2. & alibi.

In Secundo  
seculo.  
Iustinus.

Irenæus.  
Theophilus.  
Tertullianus.  
Clemens  
Alexandr.

CCLXXVIII. In tertio seculo Trinitatem docuerunt Cyprianus Carthaginensis Episcopus, qui vixit Anno 250. serm. 6. de Orat. Dom: Idem in exposit. Symb. Apost. & alibi. Origenes Alexandrinus Aegyptius tom. 1. in Numer. c. 1. Homil. 1.

In tertio  
seculo Cy-  
prianus.  
Origenes.

CCLXXIX. In Quarto seculo adversus Arium & Arianos hereticos professi sunt & accerrimè docuerunt Sacrosanctæ TRINITATIS fidem Athanasius, Alexand. Patriarcha græcus in lib. de Trinit. Hilarius Pictaviensis Didymus Alexandrinus. Augustinus Hipponensis, Basilus Magnus, & alij Patres innumeri. De reliquis seculis nullum dubium cum sit, etiam apud ipsos adversarios, nihil attinet hic multaverborum facere.

In 4to se-  
culo.  
Athanasius  
Hilar. pict.  
Didymus  
Alex.  
Augustinus  
Basilus M.

Q

Atq;



*Atq; hac de primâ argumentorum classe sive divaoneis  
nostra parte priori dici a sufficiant, quâ absolutâ ad alteram  
sive posteriorem accedimus, audiri etiam quas  
rationes Ne Ariani contra Personalitatem S. S.  
in medium proferre soleant, & quid respon-  
deri possit.*

PARS POSTERIOR CAPITIS SECUNDI *av rbe nnn*  
De Personalitate Spiritus Sancti.

Argum. 1.

A R G U M E N T U M P R I M U M

*Pro negandâ personalitate Sic sonat.*

*Vna tantum  
est in Dei-  
tate perso-  
na E.*

CCLXXX. Vna tantum est in DEITATE perso-  
na, nempe Pater

Ergo Spiritus S. non est persona Divinitatis.

*Catech. Rac*

*Argumentum hoc habetur in Catech. Rac. ma-  
jori cap. 1. de cognit. DEI p. 32. Racovia excus. In essen-  
tiâ Dei unam tantum personam esse, inquit,  
hoc sanè vel hinc patere potest, quod essentia DEI  
sit vna numero, quapropter plures numero perso-  
næ in ea esse nullo modo possunt, cum persona ni-  
hil aliud sit, nisi essentia individua, intelligens. Et  
Smalcius in refut. disput. D. Graueri de S. S. p. 19.  
Rationibus, ait, & testimoniis verum docemus, u-  
nam tantum personam divinitatis esse, quia, scil.  
tantum una sit numero essentia divina. Multiplica-  
tis autem personis etiam essentiam multiplicari ne-  
cessè est, cum vna quæq; persona divina sit essentia  
divina individua intelligens.*

*Smalcius.*

*Resp. Ka/  
d'evnou  
leem x/  
deſew r/  
oo Dioua  
r@ wſg  
to inoue  
vov.*

CCLXXXI. *Sed Resp. ad Enthymema hoc per infi-  
ciationem antecedentis, ab unitate enim essentie  
divina argumentari ad unitatem personæ, non valet con-  
sequentia. Fluit n. argumentum hoc non nisi ex philoso-  
phico, & cum ipso fundamento religionis Christianæ pu-  
gnante*



gnante principio, scilicet quod id est, ex mero corrupta rati-  
onis humane iudicio, quod minimè in sacris audiendum  
esse constat, nisi veritatem divinorum pronunciatorum ex-  
pressus scripturæ verbis expositorum audacter obloqui veli-  
mus. Promississima enim atq; expeditissima ad innotiam, via  
est, credere nolle id, quod ratione nostrâ capere non possi-  
mus. Proinde si vel maximè ex lumine natura ad hoc obje-  
ctum & similes argutias respondere non possemus, nullo  
tamen modo periclitaretur celestis doctrine veritas, quæ  
ex lumine gratia satis est perspicua & manifesta.

CCLXXXII. Ut autem ex necessitate aliquid respondeamus,  
dicimus initio, rectè facere adversarios, quod hac in  
parte unitatem essentie divine urgeant, quæ simplicissima  
absolutissima, singularis, individua ac una numero est,  
hanc enim & nos pie credimus.

CCLXXXIII. Vnum enim Primum & summum rerum  
principium dandum esse, non solum rationibus ex natura  
petitis demonstrari potest, inter quas minimè postremum  
locum obtinet, argumentum illud Aristotelis, quo ex mul-  
ticiplici rerum motu, ne in infinitum fiat progressio, neces-  
sarie statuit, unum tantum primum movens esse, à quo  
cetera omnia moveantur, cui cognatum est illud, quod 2.  
p. p. habet ostendens: quicquid alijs rebus est causa, ut  
sint, id in quolibet genere esse unum primum & sum-  
mum sicut hujus generis argumenta bene multa college-  
runt Damasc. August. Justin. Phil & Martyr, Lactant.  
& alij: Sederiam SPIRITUS SANCTUS ipse  
vel imprimis hanc unitatem nobis in scripturâ tribus potif-  
simum modis confirmat.

CCLXXXIV. Primò simplici affirmatione, quando  
DEUM unum esse affirmat, Deut. 6. v. 4. Ephes. 4. v. 6.

Remotio  
των εν εν-  
τη εν εν.

De unitate  
essentie di-  
vine inter  
nos & ad-  
versarios  
convenit  
propter ar-  
gumenta  
1. Ex natu-  
ra petita.

2. Ex scri-  
ptura.

1. Simpliciter  
affirmati-  
one.



2. Simpliciter  
negatione.  
3. Excludit  
vā enanti-  
atione.

1. *Tim.* 2. v. 5. Secundò simplici negatione, quando *no-  
lū dicitur* sive multos deos discrete negat, & tandem Tertio  
Exclusivā enunciatione, quando nullus, & non alius,  
prater unum DEUM asseritur, *Deut.* 4. v. 35. *Deut.* 32. v.  
29. *Esa.* 44. v. 6. *Esa.* 45. v. 5. 6. 7. 21. 22. Et in primis 1. *Cor.*  
8. v. 4. Quod sanè dictum N.T. inter omnia reliqua facile  
primarium locum obtinet.

Convenit  
etiam de  
modo uni-  
tatis.

1. Deus  
non est unū  
specie.

CCLXXXV. Convenit igitur inter nos & adversari-  
os, de unitate essentia divina, nec quaestio est de modo, qua-  
nam ratione, & quo respectu, DEUS unus esse dicatur.  
AN DEUS sit unus specie, qua unitas DEO ideo non cō-  
petit, quod ea, qua hoc modo unum sunt, ea numero sunt  
multa & saltem specie vōtū unum esse dicuntur, cujus  
multitudinis causam esse materiam Philosophi dicunt.  
Cū autem DEUS expers sit omnis materiae, siquidem om-  
ne materiātum finitum est & mutabile, consequens erit,  
DEUM non esse unum specie.

2. Non ge-  
nere.

CCLXXXVI. Neq; etiam Genere vsus est, Nam  
qua genere unum sunt, ea propter contrarias differentias  
specie non sunt unum, & ita aliā specie divinitatis Pater  
esset DEUS, alia Filius, alia SPIRITUS SANCTUS  
Neq; possent habere eandem perfectionis differentiam. Ab-  
sit autem, ut talem differentiam in tribus illis personis Di-  
vinitatis saltem imaginemur.

3. Non nu-  
da volun-  
tate & con-  
sensu.

CCLXXXVII. Neq; etiam ille modus unitatis per  
omnia sufficit, qui definitur per unitatem voluntatis,  
consensus & Concordia. Etsi enim summus & per-  
petuus sit consensus inter tres personas Divinitatis, unitas  
tamen essentia divina in Trinitate sufficienter demon-  
strari inde nequit.

CCLXXXVIII. Convenit igitur inter nos & Photinia-



nos etiam de modo, ut & ipsi doceant & scribant, Deum esse unum numero: Verum in quo articuli huius mysterium unice consistit, nempe unum illum numero Deum, in essentia, simul etiam, in personis, trinum esse, Patrem sc. Filium & Spiritum S. illud est quod etiam atq; etiam pernegant, in DEI essentia non nisi unam personam, quae est Pater Domini nostri JESU CHRISTI agnoscetes.

CCCLXXXIX. Cardio igitur controversia inter nos & ipsos in eo versatur, an Deus in se tota adiaceret & non auctus & manens, sit solus Pater, excluso Filio & SPIRITUS, quod Photiniani quidem affirmant, nos vero simpliciter inficiamur, moti autoritate scripturae, quae tam ad naturam & non veritatis, quam ad auctorem falsitatis argumenta firmissima suppeditat.

CCXC. Proinde, quando ex hoc principio contra nos ita colligunt: Essentia divina est una numero: Ergo in Deitate quoque una saltem tantum est persona, quae est pater omnium, Rectissime respondetur, committi

CCXCI. Valeret itaque tum demum consecutio, nisi hic se panderet ineffabile illud mysterium, nullius rationis humana acumini perscrutabile: sed solius fidei amplexu

Cardo controversie.

Responsio  
κατὰ θεῖ-  
ξιν τῆς  
μεταβά-  
σεως, εἰς  
ἄλλο θε-  
όν.



Fundamen-  
ta plurali-  
tatis perso-  
narum in  
Deo.

1.

2.

3.

4.

capiendum, quod nimirum in unica illa absolutissima es-  
sentia nihilominus multitudo sive numerus credi debe-  
at, que tamen multitudo minimè gentium definienda  
est ratione essentie, sic enim multi dij statuendi forent:  
sed tantum unus deus sive personarum respectu.

CCXCII. Et hæc pluralitas credi omnino debet, siqui-  
dem ea nobis in scripturâ multis modis confirmatur,  
I. quidem in signi illa revelatione omnium trium per-  
sonarum in creatione hujus universi, in principio e-  
nim Deus creavit celum & terram: sed creavit dicendo,  
id est per verbum illud *et dices* sive *quod dicitur*, ubi Filius  
Dei secunda Trinitatis persona intelligitur, & SPIRI-  
TUS Domini ferebatur super aquis, intellexit hoc myste-  
rium David, qui ad creationis historiam respiciens verbo  
inquit, DOMINI cali firmati sunt, & Spiritu oris  
ejus omnis exercitus eorum, Psal. 33. v. 6. II. Con-  
firmatur idem ex voce ELOHIM, que pluralis nume-  
ri est, & in sacris non semper secundum proprietatem  
Grammaticæ in prædicationibus de DEO sibi adsciscit  
verbum plurali: sed haud raro verbum singulare, quâ  
ratione & unitatem & pluralitatem in DEO notari e-  
videntissimè demonstratur, ut Genes. 1. v. 1. *Dij creavit*  
*celum & terram*. III. Ex ternâ repetitione,  
quando enim in sacris una sententia, ter de DEO repe-  
titur, illud luculentum Trinitatis personarum in DEO  
est testimonium. Num. 6. v. 24. Esa. 6. v. 3. Psal. 67.  
v. 7. Esa. 33. v. 22. IV. Ex sanctissimo illo soliq;  
Deo essentiali nomine Jehova, quod cum in feri-  
pturis nō modò Patri, sed & Filio & Spiritui S. tribu-  
atur, utiq; mysterij hujus indicatiū minimè fallax esse  
poterit ut Jerem. 26. v. 6. c. 33. v. 16. *Ecce dies venient,*  
*dicit*



dicit Jehova suscitabo David germen justum, & hoc est  
nomen, quod vocabunt illum, Jehova justitia nostra. V.  
solenni illa revelatione omnium trium persona-  
rum tum in V. T. Esa. 63. v. 7. 8. 9. 10. tum in N. T. in ba-  
ptismo Christi facta, Matth. 3. v. 16. Lu. 3. v. 12. Et in in-  
stitutione nostri baptismi, quem in nomine Patris &  
Filij & SPIRITUS S. conferendum esse, mandatum  
Christi precepit, Matth. 28. v. 19. Quibus testimonijs. XI.  
addi possunt & illa deniq; que partim Patrem à Filio, ut  
gignentem à genito Psal. 2. v. 7. ut mittentem à misso  
Johan. 8. v. 16. Patrem item & Filium à Spiritu  
S. dilucidè distingunt Job. 14. v. 26. Partim vero  
Trinitatem personarum *ἀνωλεξεί* asserunt & con-  
firmant, quale est aureolum illud 1. Job. 5. v. 7. Tres  
sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, verbum SPI-  
RITUS SANCTUS, & hi tres unum sunt. Que ver-  
ba etsi Hieron. Moscorov, Arianus admodum du-  
bia esse vociferetur & proinde haud firmum testi-  
monium exijs colligi posse existimet, siquidem  
plerisq; in exemplaribus græcis, & Syrâ editione nō  
habeantur, pleriq; etiam Patrum in citatione om-  
miserint; non tamen moramur autoritatē Moscorovij:  
sed uti ab Hieronymo verè scriptum est ab infidelibus  
translatoribus illa fuisse ommissa, ita constat ab antiquissi-  
mis etiam scriptoribus illa fuisse recepta, puta ab Higinio  
Epist. 1. Cypriano l. de unitate Eccles. Idacio adversus Va-  
rimadum. Athanasio in l. ad Theophil. de unicâ Deitate  
Trinit. & alijs.

CCXCIII. Sed instat Smalcus loco citato.

Multiplicatis personis multiplicari essentiam.  
Si itaq; tres in unâ & eadem divina essentia per-  
sonæ

Moscorov.

Instantia  
Smalcij.



Responsio  
κατὰ δει-  
ξιν τῆς σο-  
φίσματος  
ὅτι μὴ ἐ-  
πόμενον.

Instantia  
alia.

Responsio ad  
Majorē  
ὡς σόφισ-  
ματόν

sona re ipsa distincta & subsistentes constituentur, utiq; etiam multitudinem deorum statui.

CCXCIV. Verum Resp. fallere argumentum sophisma-  
te ὅτι τὸ μὴ ἐπόμενον. Tum enim demum multitudo De-  
orum stabiliretur, si tres ille personæ extra ipsam essentia  
divina unitatem subsistere statuerentur. Jam verò,  
quando una numero divina, essentia, in eadē a. tres per-  
sonæ reverà distinctæ subsistere credantur, nulla prorsus  
deorum multitudo introducitur, siquidem essentia illa di-  
vina, in quâ tres personæ subsistunt, non se peratur, nec in  
in tres essentias discernitur: sed in tribus personis una  
est numero essentia, una quoq; numero Deitas, quia infi-  
nita. Hinc tres ille personæ divinae Pater, Filius & SPI-  
RITUS S. sunt unus & idem numero Deus, seu una in-  
dividua essentia, non plures dij. Filius enim est idem nu-  
mero Deus, qui est Pater, & SPIRITUS S. est idem  
numero Deus, qui est Pater & Filius, quia eandem nu-  
mero habent essentiam.

CCXCV. Sed ne sic quidem acquiescit adverfa-  
rius, quin prætendat, Personam nihil esse aliud  
quam essentiam.

Si igitur tres personæ, tunc erunt etiam tres es-  
sentia divina & per consequens tres dij.

CCXCVI. Verum vanitas hujus ἐπιπέως per facile pa-  
tet, Major enim non est καθ' ὄλθ & simpliciter vera.  
Et si enim in Trinitate, personæ neq; sit neq; esse possit sine es-  
sentia divina, aliud tamē est in divinis essentia, aliud perso-  
na. Nam essentia non definit neq; etiam constituit certum  
subsistendi modum, id quod præstat persona, quæ facit, ut  
quelibet persona, in illa ipsa non a numero essentia, peculi-  
arem, & à reliquis personis distinctum τῶν ὀν ὑπάρξεως

si ve



sive certam subsistendi rationem obtineat. Deinde etiam in eo differunt, quod essentia est communicabilis omnibus tribus personis, persona vero simpliciter incommunicabilis.

CCXCVII. Porro ejusdem futilitatis sunt & reliquæ cavillationes sive sophismata, ἐν τούτοις loco ex rationis pharetrâ ab adversarijs deprompta, dum absurde colligunt sic arguentes:

I. Si una esset numero essentia in Deo, quæ tamen esset communicabilis, consequens esse Patrè gignendo Filium & spirando Spiritum S. semetipsum genuisse & spirasse, siquidem gignendo Filiû, & spirando unâ cum Filio Spiritum S. eandem essentiam & Filio & Spiritui S. communicârit.

*Sed consequens esse absurdum, Ergò & antecedens.*

II. Si Pater gignendo ex suâ substantiâ Filium, & spirando Spiritum S. produxisset, eoq; ipso utriq; communicasset suam essentiam divinam, sequi aut totam essentiam Patris, aut partem aliquâ essentiæ communicatam esse Filio & Spiritui S. Quorum neutrum sine insigni & detestandâ blasphemiâ affirmari possit.

III. Si personæ inter se differrent, ut Deus gignens, genitus & procedens, sequi genitum & procedentem esse posteriorem & ita dignitate etiam inferiorem gignente & à quo procedit.

CCXCVIII. *Sed rectissime respondetur tum ad hæc, tum id genus alia cavilla, & in initio quidem in genere, Mystrium Sacre Triados esse ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν, uti Justinus loquitur. Quia vero ea, quæ sunt ὑπὲρ ὕμᾶς (uti apud Socratem legimus)*

R

ἰδὲ,

Alia Photiniorum cavillationes & sophismata.

1.

2.

3.

Responsio in genere.



In specie  
ad primum  
κατὰ δευ-  
τέρου ὁ-  
μολύμῃ.

ὁδὲν ἀγὸς ὑμῶν, certè vel inde constat, perperam ex ratio-  
nis acumine, ad evertendam hoc mysterium, quod solius  
est fidei, argumenta peti. Christiane igitur erit modestia,  
multa in hoc Myserio velle ignorare, quàm scrupulosus  
inquirere.

CCXCIX. Quicquid autem sit, ut tamen aliquid re-  
spondeamus ad ipsa dilemmata adversariorum, dicimus  
I. In primo oriri errorem ex confusione communicatio-  
nis essentia, & generationis, sive spirationis personæ, quæ  
duo licet conjunctissima sint: suo tamen modo distingui  
debent, at eo q̄ non omninò confundenda sunt. Nam  
quod communicatur, illud propriè non gignitur: sed  
persona gignit & gignitur, spirat & spiratur. Gene-  
ratio ergo non est essentia, sed persona, siquidem non ef-  
fentia personam: sed persona personam generat & spi-  
rat. Communicatio a. essentia divine est ipsius essentia non  
persona. DEUS enim Pater quæ DEUS est, commu-  
nicat suam essentiam, quatenus verò Pater est, gene-  
rat Filium, non verò generat seipsum, neq̄, spirat sei-  
psum, ideo, quod non potentia essentiali: Sed proprietate  
personali genere, & unà cum Filio postea spiret Spi-  
ritum S.

CCC. Ad alterum, quod inter reliqua fierè præci-  
puum est, quò colligunt, si de substantiâ Patris Fili-  
us & Spiritus S. suam habent essentiam, tunc aut  
partem aut totam essentiam Patris communica-  
ram esse Filio & Spiritui Sancto, at neutrum dici  
posse sine insigni blasphemia, Nam concessio  
priorè, sequi, diminutam esse Patris substan-  
tiam divinam, quæ tamen sit ἀδιαίρετος, dato poste-  
riori consequens fore, Patrem penitus interiisse.

CCCI. Resp.



CCCI. Resp. Argumentum hoc iterum extrui ex falsis principijs. Nam ne in naturalibus quidem per omnia vera est argumenti hujus ratio, id quod patet, tum ex propagatione animarum, tum ex generatione luminis de lumine, quo simili etiam Patrum non nulli admodum frequenter usi sunt, ostendentes generationem istam sine ulla mutatione aut diminutione substantiæ Patris factam esse. Pater igitur ab aeterno gignendo, produxit Filium, & spirando unâ cum Filio produxit Spiritum S. non quæ Deus, sed quæ persona. Genitus autem est Filius & processit Spiritus S. non extra: sed intra divinitatis essentiam; Quare neutiquam sequitur, quod ex hoc inferunt adversarij, Ergo Pater solus est Deus: sed illud tantum: Ergo Pater solus est Deus gignens. Quomodo autem Pater est solus Deus gignens, ita Filius solus est Deus genitus, Spiritus Sanctus solus Deus procedens. Ubi obiter & hoc notandum, frustra adversarios querere aliquid præsidij in particulis exclusivis Solus & Solum. Hæ enim non excludunt personas, sed partim sejungunt personas ab ijs operibus, quæ sunt ad intra, & uni tantum persone competunt, quale opus est generatio Filij, partim excludunt idola, deosq; fictitios à divini honoris participatione, ut supra quoq; dictum est.

CCCL. Ad tertium cavillum instantiæ loco prolatum dicimus, verum illud esse in rebus secundum naturæ cursum ita sese habentibus, quæ scilicet in tempore gignuntur & procedunt, Falsissimum autem in presenti mysterio. Deinde locum saltem illud habet in producentibus & productis non coessentialibus: Verum in producentibus & productis omnia omnia & omnia omnia coessentialibus & aeternis ratio isthac simpliciter exprimit, quod ipsi

Resp. Kc[  
α γ ν ο υ

Ad tertium  
καὶ δὲ ἐν  
τῆς ἰστο-  
ρίας ἐκ  
ἐκείνου γὰρ  
ἐστίν.



Et Seniores philosophi agnovisse videntur, dum in homogenijs causam Et effectum sive producens Et productum non tempore: sed ordinis tantum ratione differre docent, ut ita etiam secundum principia philosophica, qua tamen vel maxime urgent adversarij, dogma hoc istorum per omnia subsistere non possit.

ARGUMENTUM SECUNDUM.

Argum. 2.

S. S. non habet essentiam divinam. E.

Catech. Rac.

Resp. ad minorem xi. c. 27. 28.

CCCIII. Si Spiritus S. esset persona, essentiam quoque divinam cum habere oporteret. Nam ea attribuantur illi, quae propria sunt essentiae divinae.

Atqui Spiritus S. non habet essentiam divinam. Ergo Spiritus S. non est persona Deitatis. Minorem probant, quia, inquit, substantialis divina est una numero, nec pluribus personis potest esse communis.

Argumentum hoc habet Catech. Racov. Major. c. 6. de praemisso S. S. p. 214.

CCCIV. Resp. Error hic ramulus est infelicis illius arboris, quam adversarij ex precedentis erroris fundamento plantare student, in subsidium adhibito figmento illo crassissimo de unitate persona in DEO. Ad Minorem igitur respondemus simpliciter per insuciationem. Et si enim vera sit haec assertio, quod praeter rationem infertur illam non posse communem pluribus personis. Et quia hoc sophisma ex eodem cum praecedenti argumento fluit principio, promptum etiam est inde colligere quid responderi debeat. Proinde Et nos nihil hic addemus nisi illud, quod Photiniani hac in parte manifesta veritatis caelesti in Sacrosancta scriptura patefacta

ma.



malitiose contradicant, ea enim, ut *Theſi 292.* ſufficienter probatum eſt, docet *DEUM* ita eſſe unum credendum eſſentia, ut nihilominus tamen *Trinus* ſit & maneat in perſonis. Veterem igitur crambem toties repetendo nihil agunt aliud Aut agonista, quam ut pueriliter principia perant, totiſq; *Chriſtiano orbi* hac in parte ſeſe turpiter proſtituant.

ARGUMENTUM TERTIUM.  
tale eſt.

*CCCV.* Vna perſona non eſt in alia.

Sed *SPIRITUS SANCTUS* eſt in *DEO* naturaliter.

Ergò non eſt perſona.

Ita enim habet *Catech. Racov, Major cap. 6. p. 213.* *SPIRITUS SANCTUS* non eſt naturaliter extra *DEUM*, ſed in ipſo *Deo*: Niſi enim naturaliter eſſet in *Deo*, *Apoſtulus* *Spiritum Dei* non potuiſſet conferre cum *Spiritu hominis*, qui naturaliter eſt in homine, *1. Cor. 2. v. 11.* Quia verò una perſona reciproce non poteſt eſſe in alia, ergò *SPIRITUS SANCTUS* non eſt perſona, Et *Catech. minor p. 35. cap. 10.* Idem patet, quòd *Spiritus Dei* in *Deo* eſt, ut *Spiritus hominis* in homine, perſona verò in perſona eſſe non poteſt. Et *Socinus contra VViek. ad cap. 15. c. 10. pag. 491.* Hunc in modum verba facit: Si *SPIRITUS S. S.* in ipſo *Deo* eſt naturaliter, *Deus* autem ipſe, in quo eſt, perſona ut ſit, necesse eſt, ſequitur *SPIRITUM SANCTUM* iſtum non eſſe perſonam.

*Arguus. 3.*

*Spiritus S.*  
eſt in *DEO*  
E.

*Catech.*  
*Rac, Major.*

*Catech.*  
*Rac, Minor.*

*Socinus.*



Resp. v.  
dei εν μεταβασει ενς αλλο γενοσ, νεγ, ενυμ ex regulis Philo-  
σοφικis: Sed ex revelato verbo pronunciandum est, quid  
credendum sit. In Philosophia enim Philosophicè. In Theo-  
logia vero Theologicè, id est, ex principijs Theologicis,  
nempe ex verbo DE I argumentandum est, quicquid et-  
jam caeca rationis humanae iudicium contra ogganniat.  
Iam verò si principia Theologica consulamus, Deumq; sic  
ut se in verbo suo patefecit, agnoscamus & contemple-  
mur, vanitas majoris, quod se una persona non sit in alia,  
ultrò patebit. CHRISTUS enim disertis verbis pronun-  
ciat, Joh. 14. v. 10. & 11. Quod sit in Patre & pater in Ipso.  
Unde rectè veteres dixerunt: Trium personarum divinita-  
tis mutuam quandam esse περιεχεντιν sive ut Scholastici  
loquuntur, circuminclusionem & immanentiam, quam  
tamen sine contractione, sine commixtione, sine confusione  
intelligendam esse, rectè monet Damascenus lib. 1. Orthod.  
fidei cap. 19. Minorem huius quod attinet, dicimus,  
rectè ex eà collatione, quam Apostolus instituit 1. Co.  
2. v. 11. colligi, quod SPIRITUS SANCTUS non sit ex-  
tra DEUM, sed in DEO; At minus rectè ulterius porro in-  
fertur, quod Spiritus S. non sit persona, sed hoc saltem se-  
quitur S. S. non esse personam creatam, extra DEI  
essentiam subsistentem, quarum hæc est conditio, ut una in  
alterà naturaliter esse nequeat, id quod utrâq; manu &  
nos largimur. Verùm divinarum personarum longè alia  
est ratio. Uti n. una numero trium harum personarum in-  
finita est essentia, ita quoq; propter hanc infinitatem una  
in alterà naturaliter esse potest.

CCCVI. Resp. Ad hoc argumentum refutandum  
rectè accommodatur, axioma illud Aristotelicum,  
δ̄ dei εν μεταβασει ενς αλλο γενοσ, νεγ, enim ex regulis Philo-  
σοφικis: Sed ex revelato verbo pronunciandum est, quid  
credendum sit. In Philosophia enim Philosophicè. In Theo-  
logia vero Theologicè, id est, ex principijs Theologicis,  
nempe ex verbo DE I argumentandum est, quicquid et-  
jam caeca rationis humanae iudicium contra ogganniat.  
Iam verò si principia Theologica consulamus, Deumq; sic  
ut se in verbo suo patefecit, agnoscamus & contemple-  
mur, vanitas majoris, quod se una persona non sit in alia,  
ultrò patebit. CHRISTUS enim disertis verbis pronun-  
ciat, Joh. 14. v. 10. & 11. Quod sit in Patre & pater in Ipso.  
Unde rectè veteres dixerunt: Trium personarum divinita-  
tis mutuam quandam esse περιεχεντιν sive ut Scholastici  
loquuntur, circuminclusionem & immanentiam, quam  
tamen sine contractione, sine commixtione, sine confusione  
intelligendam esse, rectè monet Damascenus lib. 1. Orthod.  
fidei cap. 19. Minorem huius quod attinet, dicimus,  
rectè ex eà collatione, quam Apostolus instituit 1. Co.  
2. v. 11. colligi, quod SPIRITUS SANCTUS non sit ex-  
tra DEUM, sed in DEO; At minus rectè ulterius porro in-  
fertur, quod Spiritus S. non sit persona, sed hoc saltem se-  
quitur S. S. non esse personam creatam, extra DEI  
essentiam subsistentem, quarum hæc est conditio, ut una in  
alterà naturaliter esse nequeat, id quod utrâq; manu &  
nos largimur. Verùm divinarum personarum longè alia  
est ratio. Uti n. una numero trium harum personarum in-  
finita est essentia, ita quoq; propter hanc infinitatem una  
in alterà naturaliter esse potest.

ARGUMENTVM QVARTVM.

sic sonat.

CCCVII.



CCCVII. Spiritus alicujus personæ non potest esse persona ab eâ, cujus est Spiritus distincta.

Sed Spiritus S. est Spiritus Dei.

Ergò SPIRITUS SANCTUS non est persona distincta in Deo.

*Hinc Socinus colligit contra wick. ad c. 15. cap. 10. p. 488. inquit: Cum igitur Spiritui Sancto ea tribuuntur, quæ personæ & simul ipsius DEI sunt propria, nihil aliud intelligendum nomine SPIRITUS SANCTI, quam ipse DEUS Spiritu suo, id est virtute atq; efficaciâ suâ agens & operans.*

CCCVIII. Resp. *sophisma hoc itidem oritur ex falsa hypothese, ac proinde petit principium, in homine quidem Spiritus hominis non est ipse homo, verum in hoc mysterio longè alia est ratio, quemadmodum igitur singula*  
*τοῦ θεοῦ γὰρ κατὰ τὸ πάντα καὶ ὅλα θεοῦ λαμβάνεται. εἰς ἑπεί γε πάντα εἰληπται, τὸ λοιπὸν ἅπαν ἐαὶν. Similia non oportet ita accipere, ut in omnibus partibus, quæ conferuntur, fiat comparatio, sed tantum spectandum est, cujus gratia adducta sunt reliquis omnibus omisissis. Ita & hæc comparatio inter Spiritum hominis & Spiritum DEI ulterius non est extendenda, quam ipsa fidei analogia admittit. Si quis autem ulterius urgeat hanc comparationem, illi respondemus omne simile etiã esse dissimile. Deindè SPIRITUS SANCTUS dicitur Spiritus Dei, Spiritus Jehovæ Spiritus laborū Christi, non quod iis insit, tanquam in subiecto, aut sit virtus aliqua, & efficacia in DEO, uti volunt adversarii: sed necessum est, ut causam assignemus eam, quæ in Scripturis jam pridem assignata est, nimirum SPIRITUM SANCTUM dici Spiritum Jehovæ, spiritum item laborum Christi, quod tū ex ore essentia paterna, tum etiã à Filio tanquam cōmune utriusq;*

κατὰ θεοῦ  
ἐν τῷ πνεύματι  
ἀεὶ καὶ  
ἐστίν.

Quomodo  
S.S. sit Spi-  
ritus Dei.

spir.



*Spiraculum sive flatus: sed indissolubilis & à voce vocis innarrabili spiratione procedat, sumt à similitudine à flatu humano, per os atq; labia hominis emisso, uti solet Scriptura in hisce loqui mysteriis αὐθροποντος ad captum nostrum sese accommodando. Proprie enim loquendo nec Pater nec Filius in Deitate os habent, per quod spirant: sed uterq; unà quadam communi spirationis ἐνεργία tertiam illam τὰβ ζων modo in omnem aternitatem in explicabili producit.*

ARGUMENTVM QVINTVM.

*Argum. s. s. s. dicitur Evangelium Christi E.*

CCCIX. VOX SPIRITUS SANCTI sæpe significat ipsum JESU CHRISTI Evangelium.

Ergo non significat personam per se subsistentem.

*Cate. Racv*

*sic enim legitur in Catech. Racov. Majori cap. 6. de Prophetico CHRISTI munere p. 209. In Scripturis novi fœderis Spiritus Sancti voce designari ipsum JESU CHRISTI Evangelium locus 1. Cor. 2. v. 10. aperte indicat, si cum loco 2. Tim. 1. v. 10. conferatur, Et in Tractatu de Divin. CHRISTI cap. 8. de promiss. S. S. Smalcus inquit: Evangelium & ejus annuntiatio SPIRITUS DEI appellatur, idq; probare nititur partim dictis scripturæ, partim rationibus.*

*Smalcus.*

*Resp. Kal' ægrov.*

CCCX. *Sed Resp. Per simplicem insciationem antecedentis. Quid enim Paulus 1. Cor. 2. v. 10. intellectum velit per vocabulum Spiritus, ipsemet explicat verbis immediatè sequentibus, in quibus rationem adducit suæ assertionis à sufficientiâ Magistri nostri, sive Doctoris Spiritus S. de quo ait, quod & omnia scrutetur & ex DEO sit, primà phrasi ostendendo, SPIRITUM SANCTUM ad hæc mysteria regni cælorum aperienda & tradenda esse quàm suffi.*



sufficientissimum, quandoquidem uniuersa scrutetur tanquam verus cum patre Filioq; DEUS, cui etiam intima & abditissima profunditates & abyssi aeternae DEITATIS absolutissima cognitione perspectae sint. Alterà vero phrasi discernit Spiritum mundi, id est, eum Spiritum, qui non nisi terrena sapit, à Spiritu, qui ex Deo est, id est, qui à patre Filioq; tanquam consubstantialis utriusq; Spiritus ab aeterno mirabiliter & ineffabiliter procedit.

Deindè esto sanè, per Spiritum intelligatur à paulo verbum à CHRISTO predicatum, ut sensus sit, Revelavit DEUS mysteriorum suorum & caelestis sapientia notitiam non in hujus aspectabilis mundi fabricà, ex cujus contemplatione aliàs illa generalis notitia DEI, qua gentibus etiam contigit, enascitur: sed revelavit nobis per Spiritum id est, per verbum SPIRITUS S. tamen vel ideo excludi non potest, cum n. verbum illud, non nisi propter adjectum Spiritum oris & labiorum CHRISTI, in nobis possit esse efficax, (verbum enim est ministerium Spiritus, quo mediante SPIRITUS S. cuncta per agit & operatur) semper ex sententià Apostoli Spiritus Sanctus Cum verbo tanquam causa efficiens cū suo instrumento conjugendus erit.

Tertiò à λογος planè est hæc ratio, quâ nil nisi insignem stoliditatem & inscitiam produnt Photiniani, quando ita colligunt, SPIRITUS SANCTI vox in quibusdam dictis, notat CHRISTI Evangelium, ergò ubiq; & per consequens S. S. non erit persona divinitatis à particulari enim ad uniuersale non valet consequentia.

**ARGUMENTVM SEXTVM**  
CCCXI. Virtus DEI non est persona, Divinitatis,  
Spiritus Sanctus est virtus Dei,  
Ergò non est Persona.

2. κτ. θεο-  
μολογίαν.

3. κτ. θεῶ  
της ἀσυλ-  
λογίας.

Argum. 6.  
S. S. est vir-  
tus DEI.  
E.

S

Argu-



Socinus.

*Argumentum hoc habet Socinus contra wick. Res. ad c. 15 c. 10. p. 490. Mente, inquit, tenendum est, Spiritum Sanctum esse virtutem atq; efficaciam DE I, id quod ex his locis constat Ephes. 3. v. 7. & 20. 2. Petr. 1. v. 3. & similibus, in quibus si virtutis aut efficaciam aut operationis loco Spiritum Sanctum reponas, videbis nullam prorsus sententiam differentiam induci, & idem planè esse, ac si hoc nomen pro illis ubiq; scriptum fuisset. Et p. 491. ait: Virtutem & efficaciam alicuius, personam esse ab eo distinctam, nemo impossibile esse non videt. Jam verò Spiritus Sanctus expressè vocatur virtus Dei, Luc. ult. v. 49. Induamini virtute ex alto. Et Act. 1. v. 8. recipietis virtutem Spiritus Sancti.*

Resp. κτ  
δὲ ἕω ἄδ  
ὁ μωνύμου.

CCCXII. Resp. Si anquam uspiam verè affirmatum fuerit, erroris omnis matrem esse equivocationem, illud in presenti questione deprehenditur longè verissimum. Nam sub perpetuis equivocationum παρὰ λέγειν adversarij morbide sue cause querunt patrocinium, nostra verò strunt insidias. In majore igitur hujus syllogismi per virtutem Dei nihil aliud denotatur, quam communis omnium trium personarum Patris, Filij & SPIRITUS SANCTI essentia & natura ἁποδοῦς, quæ tota Sacrosancta Trinitas agit & efficax est. In minore verò per virtutem DE I ἁποδοῦς sive relatè significatur certum ὁ Φιλομενοῦ, sive ipsa persona S. S. Undè haud injuria hoc argumentum ἀσυνόριστος quatuor terminarum insimulari poterit. Non est autem ut ideo nobis ab quis objiciat, quasi duplicem vim aut virtutem in Deo propterea statuere mus, sicuti neq; duplicem sapientiam facimus, quando Deus absolute dicitur sapiens, Filius verò ipsa sapientia: sed quemadmodum trium

2.  
τῆς ἀσυν  
δ. ο. γ. α. σ. τ. α. ς.



trium harum personarum una est natura, ita quoque una tantum virtus, una sapientia, una voluntas, una operatio. Ut autem scriptura humana nostre infirmitati consulere, & eo luculentius distinctionem personarum ob oculos poneret, DEO patri tanquam fonti tribuit principium agendi, verumque omnium scaturiginem, Filio vero consilium & dispensationem, S. S. vero efficaciam actionis, hinc Filius absolute dicitur sapientia, SPIRITUS S. vero virtus atque efficacia DEI, quod DEUS Pater tanquam fons Deitatis per illos suam sapientiam & virtutem patefaciat & exerceat. Breviter igitur ad hoc argumentum, quo colligunt, SPIRITUM SANCTUM tanquam virtutem Patris non posse esse personam a Patre distinctam respondemus. Argumentum procedere & valere tantum in qualitatibus accidentalibus, qualia accidentia in DEO proprie & subjective non sunt. Iam vero S. S. non est ejusmodi virtus qualitativa in DEO, ut fingunt adversarii, sed est virtus essentialis & distincta a Patre: Christus enim Joh. 15. & 16. ita SPIRITUM SANCTUM describit, ut manifeste alius & distinctus a Patre Filioque intelligatur, inter alia enim dicit: De meo accipiet: Item Non loquetur a seipso, quod de Patre, id est, virtute patris, (ut Photiniani volunt) nullo modo potest intelligi, siquidem pater nihil quicquam accipit a Filio, neque loquitur a Filio, sed loquitur a seipso.

Brevior  
hujus argu-  
menti so-  
lutio.

ARGUMENTUM SEPTIMUM  
sic formatur.

CCCXIII, Donum DEI non est persona.  
Spiritus sanctus est donum DEI,  
Ergo Spiritus s. non est persona.

S 2

Argu-

Argum. 7.

S. S. est do-  
num DEI.  
E.



Socinus.

*Argumentum hoc itidem Socinus habet contra wick. p. 491. frequentissimè, inquit, Spiritus Sancti nomine in scripturis personam non intelligi omnes fateri coguntur, cum palàm sit, Spiritum Sanctum vocari dona illa cælestia, ac divina, idq; in sacris literis usitatissimum esse, probat ibidem CHRISTI, Pauli, & Petri Apostolorum testimoniis.*

Resp. Kal  
Evangel.

CCCXIV. *Sed Resp. brevissimè & sufficientissimè tùm Kal' évagel., tùm etiam negando simpliciter firmitatem connexionis in hoc argumento, siquidem dona S. S. & ejusdem persona tanquam fons donorum illorum nusquam in scripturâ ita sibi invicem opponuntur, ut unum excludat alterum. Insuper etiam falsitas & vanitas Majoris curvis patet ad oculum. Quis enim adeò bardus aut stupidus, ut ita argumentando colligat, Quicquid est donum DEI, illud non est persona? Nonnè enim liberi dicuntur donum DEI, Ps. 127. v. 4, Nonnè Lucas refert Act. 27. v. 24. DEUM Paulo omnes condonasse, qui cum ipso navigabant, erant autem in illo navigio homines ducenti septuaginta sex. Quis autem ideo ipsos personas fuisse negabit? Nonnè CHRISTUS ipse dicitur donum DEI, in aureolo illo Job 3. v. 16. sic DEUS dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. proindè & hoc cavillum cum cæteris, quibus S. S. évagel. enervare laborant, in fumos abire liquido deprehenditur.*

ARGUMENTUM OCTAVUM.

CCCV. *Cuicunq; tribuuntur ea in scripturâ, quæ nulla prorsus ratione personæ conveniunt, is non est persona.*

*Spiritui s. ea tribuuntur in scripturis, quæ nulla prorsus ratione personæ conveniunt.*

Ergò

Argum. 8  
S. S. tribuuntur ea  
quæ in personam  
non cadunt. E.



Ergò Spiritus Sanctus non est persona.

*Argumentum hoc legitur in Catech. Racov. Mas. cap. 6. de promissō S. S. p. 213. Ejusdemq; Minor probatur ex his, quod detur, quod ex eo detur, idq; aut secundum mensuram, aut absq; omni mensura, quod effundatur ipse, & ex ipso effundatur, & quod eo potentur homines, quod augetur, in duplo detur, in partes distribuatur, tollatur ipse, & ex ipso tollatur, quod interdum fit, interdum non fit. Deniq; quod extinguitur & similia in scripturis extant.*

CCCXVI. *Resp. iterum hic sophisticè ludunt adversarij sub vocabulo Spiritus, quod (quemadmodum supra quoq; dictum est,) bifariam sumitur, quandoq; enim significat insignia illa dona Spiritus Sancti, interdum verò ipsam Trinitatis personam tertiam, donorum illorum fontem & autorem, quod quomodo dignosci queat, vel ex adjectione aliquâ, vel ex descriptionibus additis, vel etiam ex textus circumstantijs, quamam genuina vocis Spiritus in quolibet scriptura loco sit significatio, de eo sanè ex Patribus pulcherrimas regulas tradunt D. Chemnitius p. 1. loc. com. p. 229 & Gerh. p. 1. L. C. p. 608. Etsi igitur nomen Spiritus & Sancti Spiritus interdum dona creata, aut motus in hominibus divinitus excitatos significet: Alia tamen loca sunt, in quibus ea tribuuntur Spiritui S. quæ non nisi de personâ aliquâ donorum effetrice intelligi possunt, sicut supra in thesibus hac de re fusus actum est. Hinc enim Apostolus ipse 1. Cor. 12. v. 11. Dona donorumq; autorem conjungit inquit: Diversa esse dona: sed unum Spiritum autorem, qui efficiat*

Catech.  
Rac. Major.

Responsio  
κατὰ δει-  
ξιν τῶ ὁ-  
μωνύμων.



Resp. ad  
probatio-  
nes κατὰ  
δέξιν τῆς  
ἐπιλο-  
γισμῆς πα-  
ρὰ τὸ πᾶν  
ὡς ἀπὸ 5.

Et singulis, prout vult, distribuat. Probationes igitur, quæ ad minorem hujus argumenti ab Adversario adducuntur, quod attinet, committit in ijs fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Pleraq; enim loca agunt de donis Spiritus S. quæ in hominibus augentur minuuntur: Male igitur & non nisi per instigrem sophisticationem ista attribuuntur ipsi personæ Spiritus Sancti quæ per se nec augeri nec minui potest, cum sit simpliciter immutabilis, & hinc nata quoq; est regula illa Theologica, ubicunq; talia de Spiritu Dei predicantur, quæ personæ ejus non conveniunt, & in divinam naturam minime cadunt, de donis seu effectis Spiritus S. in hominibus ea intelligenda sunt. Sic V. G. Non-dum esse haud quaquam competit personæ Spiritus S. qui est æternus Hebr. 9. v. 14. & tamen dicitur Job. 7. v. 39. Nondum fuisse, eo scilicet sensu, quem supra thesi 91. exposuimus, sic quoq; extingui non competit personæ Spiritus S. quia Spiritus S. est Spiritus immortalis & incorruptibilis, & tamen monemur i. Thess. 5. v. 19. non esse extinguendum Spiritum sc. quo ad dona. Absurda igitur est & hac argumentatio, quædam dicuntur de donis Spiritus S. quæ personæ ipsius non conveniunt, Ergo Spiritus S. simpliciter non est persona.

Argum. 9.

S. S. est motus cordis E.

Respon. sio  
κατὰ τὴν ἐπι-  
λογισμῆν  
τῆς ἐπιλο-  
γισμῆς.

ARGUMENTUM NONUM.

CCCXVII. Spiritus sancti nomen in sacris literis significat sanctitatem, & motus in hominibus divinitus excitatos.

Ergo Spiritus s. non est persona.

Resp. Major si addatur, & ita argumentum hoc ad certam formam redigatur, non est καθόλου. Non enim



enim sequitur, Spiritus vox in quibusdam locis scripturae significat sanctitatem & motus heroicos, Ergo nupiam in alia significatione usurpatur. Postea igitur in quibusdam locis vocabulum Spiritus ita usurpetur pro divinis motibus, manifestè tamen alibi ab his motibus distingui ipsam personam Spiritus S. excitantem & cientem hos motus supra insallibilibus argumentis comprobavimus. CHRISTUS enim disertis verbis Spiritum S. nominat Conolatorem alium, quem ipse missurus sit, & qui in aeternum mansurus sit apud discipulos, Joh. 14. v. 16. & in baptismo CHRISTI, ut persona à ceteris verè distincta visibiliter in assumptà specie columbae apparet Matth. 3. v. 16. Idem ex formulâ nostri baptismi Matth. 28. v. 19. alijsq; sacrarum literarum monumentis satis est evidens, ubi Patri & Filio unigenito Spiritus S. annumeratur, tanquam ab his distincta hypostasis.

Instantia,

CCCXVIII. Sed instant, Non est alius Spiritus s. in V. T. & alius in N. T. neq; alius in Prophetis, alius in Apostolis, insuper Apostoli non habuerunt alium Spiritum, quàm Christus promisit, & dedit in die Pentecostes. Jam verò Spiritus ille promissus & datus Apostolis non fuit certa aliqua persona viva & intelligens: Sed potius afflatus quidam animi &c, Ergò Spiritus S. non est persona.

CCCXIX. Resp. ad Minorem per Inficiationem simpliciter. Sacrosancta scriptura enim, cum de missione Spiritus s. loquitur, non tantum Spiritus nomine dona illa, quæ Apostoli & alij sancti acceperunt, intelligit: Sed etiam ipsam SPIRITUM DEI, donorum illorum autorem, id quod patet ex ipsâ historia missionis.

Responsio  
& aequo.



missionis Spiritus Sancti, quae tradit, quod Apostoli ac-  
cepto Spiritu locuti fuerint linguis, prout Spiritus de-  
derit ipsis, eloqui, & ratio satis manifesta est, quia virtu-  
tis praesentia siue inhabitatio Spiritus S. secundum do-  
norum gratiam, non tollit, sed potius praesupponit ipsius  
praesentiam naturalem. Dogma autem de virtutis praesenti-  
a citra essentiae, praesentiam non nisi Schwenckfeldiani-  
smum sapit. In rebus equidem creatis locum habet di-  
stinctio illius virtutis & essentiae: Sol enim calefacit sua  
naturali vi, eamque etiam in haec inferiora usque, profert  
efficaciter, substantiam interim Solis manente supra in suo  
orbe, aliud quippe est corpus substantiale solis: aliud hu-  
jus vis & calefaciendi facultas. Spiritus S. autem &  
vis siue potentia eius ita quidem sunt ratio, ut impium  
plane sit affirmare esse alicubi Spiritum S. secundum  
virtutem & donorum gratiam, ubi secundum essentiam  
& personam absit. Una enim alteram semper indubitato  
praesupponit; Nunquam enim & nusquam etiam Spiritum  
S. suam gratiam atque dona operaturum esse absen-  
tem: sed potius praesentem, ipsa vox inhabitandi, quae  
Spiritui S. tribuitur, innuere videtur, siquidem inhabi-  
tatio est persona. Inesse vero donorum: haec enim non in-  
habitare: sed inesse scripturis ita docentibus, dicuntur.  
Quod insuper affertur, non esse alium Spiritum S.  
in V. alium in N. T. neque alium fuisse in Prophetis,  
aliud in Apostolis, nihil derogat nostrae causae, neque nos-  
tram doctrinam labefaciat, quin potius multis modis  
confirmet. Credimus enim & nos unum & in unum Spi-  
ritum S. tertiam Trinitatis personam à Patre Filioque  
procedentem, qui operatur omnia in omnibus.



ARGUMENTUM DECIMUM  
& ultimum.

Argum. 10.

CCCXX. Nulla persona divina ab aliquo homine denominatur, ut hujus vel alterius esse dicatur.

S. S. denominatur ab hominibus. E.

Sed Spiritus S. ab hominibus denominationem accipit, & certorum hominum esse dicitur, ut Spiritus Moysi, Spiritus Eliae, &c.

Ergo Spiritus Sanctus non est persona.

Responsio  
κατὰ δὲ  
ξίψ  
παρὰ λέγει  
χρῆσθαι ὁ  
μωυσαίου.

Resp. est iterum παρὰ λέγει & equivocationis, quam subinde ceu crambem decies coctam reponunt, & hac equivocatio deprehenditur tum in Majore tum in Minore. In Majore quidem latet διωνυμία in ipsa phrasi, denominari ab hominibus vel enim appellatio ista proprietatem personalem & notionem aliquam substantialem significat, vel χρετιώσ. & certo quodam respectu huic vel illi rei talis appellatio tribuitur. In priori significatione, si phrasin hanc accipiant Photiniani, negamus simpliciter personas divinas denominari ab hominibus, nihil enim persone divinae quicquam ab hominibus accipiunt; Si vero in posteriori significatione phrasin isthac usurpetur, Major non erit simpliciter & per omnia vera, si quidem singulis personis certo quodam respectu talis appellatio ab hominibus tribuitur. Sic enim Deus absolute dicitur Deus Abrahami, Isaaci, Jacobi: Sic Christus dicitur, & quidem juxta sumtam carnem, filius Davidis &c. Quid igitur obstat? ut non eodem modo diceremus: Spiritum S. esse Spiritum Moysi & Eliae, non quidem quasi illi Domini & emtores essent hujus Spiritus: sed quod eo prae diti fuerint, & Spiritus s. per illos & in illis egerit & operationes suas exeruerit. Ad minorem quod attinet,

Vocabulum  
Spiritus bisariam sumitur.

T

tinet,



tinet, respondeo, quod vocabulum Spiritus, ut aliquoties  
 dictum est, bifariam sumatur: Quando igitur Spiritus  
 S. dicitur Spiritus Moysis & Elie potissimum de donis,  
 quibus illi tum pollebant, accipitur, non verò de ipsâ sub-  
 stantiâ & personâ. De Moysis enim Spiritu dicitur,  
 quod is fuerit datus septuaginta senioribus. Jam autem  
 persona Spiritus S. non potest dividi. Ergo de donis illud  
 accipiendum, quibus à Deo sufficienter instructus fuerat,  
 que dona postmodum 70. etiam communicantur, ut in so-  
 lenni illo synedrio, quod à Deo instituitur, recta possent di-  
 judicare & difficiles causas ex universo populo ibi deci-  
 dere, que tamen donorum collatio sine ullâ donorum Mo-  
 saicorum diminutione facta est, haud aliter ac lumen de  
 alio lumine accenditur, cum tamen lumen illud de suo lu-  
 mine nihil amittat. De Spiritu Elie verò hoc habetur,  
 quod Eliseus cum duplicatum petierit, jam verò Spiritus  
 S. non potest duplicari, Ergo hac duplicatio Spiritus,  
 vel de duplici donorum genere, Prophetiâ scilicet & virtute  
 faciendorum miraculorum, vel de præstantioribus donis,  
 præ cæteris Prophetarum discipulis, quibus se Eliseus  
 præficiendum nitatur, vel etiam de amplioribus donis, quam  
 ipse Elias habuerit, ut scilicet plus prodesse posset afflictæ Eccle-  
 siæ, intelligenda erit, ut sensus sit: Spiritus Moysis & Elie  
 id est, dona S. S. in Moise & Elia, que ab ipsâ personâ om-  
 nibus modis in hac controversiâ distinguenda veniunt.

Conclusio  
 in voto.

Et hæc etiam sunt argumenta illa Photinianorum prima-  
 ria, contra personalem S. S. directâ, quibus absolutis  
 caput hoc etiam secundum concludimus, DEUM ter Opt.  
 Max. devotè orantes, ut in hac ultimâ senescens  
 mundi vespere deflagrantibus & luce Evangelii dil-  
 cussis crassissimorum errorum tenebris TRINI-  
 TATIS



TATIS doctrinam puram conservet, neque nos in-  
prios vel Samofatenianorū vel Arianorū hare-  
fes absorberi patiatur: sed illibatum nobis custodi-  
at Sacrosanctum depositum verbi sui usq; ad illu-  
strem diem gloriosissimi adventus Domini nostri  
JESU CHRISTI, cui cum Patre & S. s. debetur laus,  
honor, benedictio, & gloria per infinita  
seculorum secula AMEN.

F I N I S.







### Errata crassiora.

**T**hesi 8. lineâ ult. lego 1328. th. 9. l. 3. pro s. s. l. filio Dei thes. 18.  
 DEO th. 25. l. 3. eludant. th. 4. in marg. ἀνακολυβηται th 47  
 in marg Spiritui. s. th. 5. l. 11. adde de ijs non multum. th 62. l. 2  
 eternam. th 74. in marg. l. αἰτίας pro αὐτίς th. 98. l. 4. quam. ex.  
 statu th. 110. l. 6. in Deo quide. th. 131. l. 1. francidas pro carandas  
 th. 125. l. 8 & 9. l. attributa pro attributum th. 137. l. 7. & 8. docen-  
 dum th. 138. l. 6. queq; th. 139. in marg: Καὶ ἐξ ἄθενισμὸν th. 165.  
 l. 9. illa th. 171. l. 5. omiffa sunt. Processio tanquam int: & c. th. 178  
 l. 2. ogganniunt. th. 179. l. 5. n. pro etiam th. 189. l. 2. deductam th.  
 191. l. 11. l. descendere item descendentem pro ascend. th. 194. l. 7. ex-  
 primendam adhibeatur th. 199. πολυθρησκίαν th. 212. l. 4. no-  
 stran th. 108. l. administratus th. 109. l. 2. & c. l. 6. iussu in marg.  
 αὐτοβουλίας th 235 l. 1. lex pro & th 237. l. 1. illam pro illud  
 th 238. l. 1. δυνάμει th. 242. in marg. ἡ ἐκ συνθέσεως καὶ διαίρε-  
 σεως ibid. l. 16. l. Solus l. 41. nominat th. 247. l. 4. l. de natura th. 253  
 l. 9. l. personalitatem th. 255. l. 38. Deitati th. 263. in marg. ἀοσμή-  
 τη th. 281. l. 10. ἀπείρων th. 286. l. 1. l. unus th 290. l. 5. l. ἐἴς th. 304. l. 6.  
 quadam verba omiffa sunt. lege igitur assertio (quod essentia di-  
 vina sit una numero. falsum est) quod & c. lin. 7. ibidem l. non  
 posse esse communem th. 312. l. 23. l. rerumq; pro verumq;. Cetera  
 que occurrunt uti benevolens lector sponte ut corrigat neq; auto-  
 ris. sed Typographico lectori imputet rogatur.











Inches  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

erfia  
ANCTO,  
TINIANOS.  
fius Deitas,  
ia, non tantum soli-  
etiam à cavillatio-  
vindicatur.  
A, & jussu Reverenda &  
cademiâ Lipsiensi ad dispu-  
oposita.  
AESIDE.  
EINRICHIO  
SS, Theol. Baccal.  
ic. Diacono.  
NTE  
EGMANO  
Fr.  
Anno 1616.  
Æ,  
Schwevi  
itini am Ende.

T 162

(19)